Cap. XIII. 'Επὶ ῥητοῖς γέρασι. p. 136 sq. Γέρα Did. quoque *honoraria praemia* interpretatus confert Aristot. Polit. III, 9, 7. 10, 1. Etiam Doederleinio et Heynio ad Il. IX, 155. esse *dona* seu *munera*, sed videri esse τὰ δίκαια regum omnia, imprimis autem reditus eorum, explicat Goell., de reditibus comparans Muell. Dor. II. p. 105 sq. Add. Schoem. Antiqu. iur. publ. Graec. p. 65. — Πατρικαὶ βασιλεῖαι. p. 137. Regna hereditaria non satis subtiliter dici demonstrat Goell.; nam aetate heroica regnum paternum non iure hereditario ad filios transmissum, sed videri potius a populo ac principibus successorem lectum esse, atque tantum ex usu et consuetudine filios patribus successisse. Platnero Not. Iur. et Iust. ap. Hom. et Hes. p. 112. id ipsum his verbis videri dici, fuisse aetate heroica regna filiis tradi solita, nec tamen iure hereditario. Contra Doederleinium in Symbol. philol. Helvet. I. p. 219. de lenitate imperii paterna putare cogitandum esse. Dionysium A. R. p. 1023. sq. verba Thucydidis de regno instituto secundum quaedam instituta a maioribus tradita accepisse. Sibi Thucydidem utrumque iunctum significare voluisse videri, et *paternum* sive *lene* et *patrum ex institutis institutum regimen*. At πατρικός nunquam esse *lenis ad modum patris*, sed hoc adiectivum semper dici de iis, quae successione et hereditate a patribus ad filios aliosque posteros perveniant, satis constat. Cf. adn. ad VIII, 6. Neque vero certi *iuris* hereditarii notionem inesse ex dicendi genere πατρικὸς φίλος et similibus pariter intelligitur. Nec discrimen regiae dignitatis et tyrannidis hoc vocabulo continetur, sed verbis ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι. — §. 2. [Πρῶτον ἐν Κορ. τῆς 'Ελλ. item Vat. secundum Bekk. ed. ster. — 'Εvναυπηγηθῆναι. Cl. quidem ναυπ., sed a sec. man., olim ἐν. De hoc Bloomf. disputat in utramque partem. — §. 4. Παλαιτάτη item Ven. T. ed Bas. ac tacitus m. — Καὶ ταύτῃ etiam pr. man. m. om. — §. 5. Οἰκοῦντες — c. 15. νήσους erasis literis 14 vel 15 Aug. in marg., qui paulo post τῷ aut pro τά ante πλείω aut pro τῶν ante τέ. — Τῆς ἐκείνων. Ven. τῶν ἐκ. — 'Επλώϊζον etiam T., sed Cl. a sec. man. Medio uti quidem Polyb. Diod. Strab. Lucian., sed activum antiquius esse, explicat Bloomf. in ed. Cf. Plat. Pol. III. 388. A. — Ληστικόν. Ληστρ. item m. In verbis τὰς ναῦς κτησ. halucinatur Burges. l. d. p. 152. — 'Αμφότερα. Aug. ἀμφότεροι. —] §. 6. Καὶ 'Ρήνειαν ἑλών. — De numeris hexametro simillimis cf. ad VIII, 78. p. 141. v. 3. ab ult. post adn. 4. add.: At vid. Lob. Paral. Gr. Gr. I. p. 302. — Μασσαλίαν [Μεσσαλίαν Ven. quoque et Dion. Cass. LX, 21. Med. h.] οἰκίζοντες. Nonnulla hic suppleantur ex Dederichii comment. de condita Massilia in Mus. Rhen. LV. 1. p. 99 sqq., qui tamen verba Thucydidis p. 103. propter omissum articulum contra leges ser-

monis Graeci interpretatur *Phocaeenses Massiliae conditores*, seu *Massiliotae Phocaeensium coloni.* Rectius Arn. Cf. Add. et v. 17. ab ult. pro *Thuc.* leg. *Isocr.* (in Archid.) Ceterum Massiliam conditam esse 120. annis ante pugnam Salaminiam testatur Scymnus v. 210—214., Ol. XLV. a. 3. (598.) Euseb. Chron. p. 124. — p. 124. — p. 144. v. 17 sq. Cf. Suid. in μεταχ.

Cap. XIV. §. 1. [Πεντηκοντόροις. Aug. quoque πεντηκοντούροις. —] p. 147. v. 8. post *positum* add.: cf. ad I, 130. II, 22. — Ibid. Ὀψέ τε. Goell. ἦν supplet. — *Αἵςπερ.* Vat. quoque ὥςπερ. — *Καὶ αὗται — καταστρώματα* Longin. de invent. IX. p. 564. Walz.] p. 148. v. 7. post *intelligit* add.: ut singularis distributive dictus sit. Cf. ad VII, 65.

Cap. XV. [Γενόμενα. γιγνόμενα Cl. *a man. sec.* —] Προσχόντες. p. 148. Add. προστέλλειν V, 71. Ell. ad Arri. Anab. II, 1, 2. Herm. ad Soph. Oed. l. d. „Adnot. ad Long. ed. Sinner. p. 173." Did. — §. 2. [Πάντες δέ Cl. a sec. man. Deinde ὅσοι ἦσαν καὶ ἐγένοντο item T. et m. —] Πολὺ ἄπο τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ. [Ven. ut Cl. ἐπ' ἄλλ. καταστ. ἀ. τ. ἑ. πολύ, Aug. πολὺ ἐπ' ἄλλ. καταστ. ἀ. τ. ἑ.] p. 150. Bloomf. verba suspecta tuetur, quia ἔκδημος non sit *longinquus*, sed idem atque ἀπόδημος, *in terram peregrinam.* Cf. II, 10. At Goell., etsi ἔκδημος στρατεία per se non sit contraria bello cum finitimis gesto, hic vim *longe extra patriam* ideo inesse posse, quia ex adverso his ponantur ὅμοροι πολέμιοι, explicat. Praeterea v. 10. ab ult. post 3. add.: et Lob. ad Soph. Ai. v. 290. Wund. de Lob. Ai. p. 52. — [Ξυνεστήκεσαν. Ven. quoque ξυνειστήκ. — Ὑπήκοοι. Sine artic. etiam Ven. T. tacitusque m. Articulum ex sermonis Graeci legibus necessarium putat Did. Scilicet non intellexit ὑπήκοοι, cui male notionem ὑποδεέστεραι, *minores*, ne sententia inepta esset, dedit, non esse subiectum, sed partem praedicati. Cf. p. 150. — Οὐδ' αὖ αὐτοί etiam Aug. Cl. T. Sine αὖ Suid. Οὐδ' αὖ οὗτοι Did. ad vitandam κακοφωνίαν at vid. p. 150. v. extr. — Στρατείας. Στρατιάς etiam libri Suidae, non item Ald. Thuc. —] p. 153. Ἀπὸ τῆς ἴσης. Πολιτείας supplet Schol. ad IV, 105. Versu 32. pro 180. leg. 186. Add. Rost. §. 189. 5. δ'. De ipsa formula cf. etiam Walch. ad Tac. Agric. c. 20. — p. 154. v. 10. ab ult. Add. de hoc campo Leak. Graec. sept. II. p. 265. — In Schol. ad διέστη appicto pro ἀνεχωρ. Bloomf. mavult. ἀπεχωρ.

Cap. XVI. [Ἐπεγένετο Ven. quoque. —] Κωλύματα — καὶ Ἴωσι — p. 155. Compositionem verborum non perspexit Bloomf., nominativos Κῦρος καί — referens ad ἐπεγένετο, quare nominativum ad ἐπεστράτευσε desiderans ante Κροῖσον ausus est interponere ἡ (ἢ). Totum locum misere depravat Burges. p. 252. Proprie aut ἄλλοις τε ἄλλοθ. κωλύματα ἐπεγένετο μὴ αὐξηθῆναι, καὶ Ἴωσι Κῦρος — ἐπεστράτευσε, aut ἐπεγένετο δὲ ἄλλοις τε ἄλλοθ.

κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι, καὶ Ἴωσιν (ἐκ τούτου), ὅτι Κῦρος — ἐπεστράτ. dicendum erat — [Προχωρησάντων. προςχωρ. pr. man. m. —] Κῦρος καὶ ἡ Περσ. ἐξουσ. Praeter Add. cf. adn. ad I, 116, 3. [Ἐξουσία Bloomfieldio interpretatio βασιλείας videtur. Ergo distinctius nomen magis ambiguo explicatum putat. Ἐξουσ. nunc Goell. — Δαρεῖός τε. Δαρεῖος δέ etiam Ven. et Bekk., recte, ut videtur.]

Cap. XVII. [Τύραννοι. — Cf. Greg. Cor. ad. Hermog. VII. p. 1249. Walz., ubi εἰς τὸ τὸ σῶμα et ἀσφάλειαν. Articuli iterationem noli probare. Cf. adn. ad I, 136. extr. Τύραννοί τε Cl. Ven. —] Τὸ ἐφ' ἑαυτῶν προορώμενοι. p. 157. Multo saepius omissa praepositione τὸ ἑαυτῶν μόνον σκοποῦντες (VI, 12.) dicitur. Cf. Bloomf. in ed. — [Ἐδύναντο etiam Cl. — Ἐπράχθη τε. ἐπράχθη δέ item Aug. Ven. Cl. Greg. Cor., non male. — Οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν ἔργον item Ven., vulgatum Greg.] Praepositionis ἀπό exemplis p. 158. addi possunt IV, 76. V, 17. VI, 45. De re cf. Herm. Ant. §. 64, 4. — Εἰ μὴ εἰ. Alterum εἰ om. etiam Ven. Vat. T. m. Greg., quo tanto consensu fit nonnihil suspectum; de Laur. tamen tacet Bekk. in ed. stereot.] Τοὺς αὑτῶν. p. 160. v. 2 sqq. Haec parum subtiliter disputata esse nuper docuit Arndt. de pronom. reflex. usu p. 6 sq. Cf. ibid. p. 22 sq. — [Ἑκάστοις. Greg. ἑκάστους. —] §. 2. Κατείχετο — ἀτολμοτέρα [m. quoque ἀτιμοτέρα] εἶναι. p. 160. Deletis verbis v. 8. ab ult. *sed* ὥςτε — p. 161. v. 1. *effectum* substitue: et de non addito ὥςτε cf. adn. ad III, 66. [Pro μήτε Cl. a pr. man. μή, pro τε Greg. δέ.]

Cap. XVIII. §. 1. Ἐπειδή. [Pro c. 4. leg. c. 14.] p. 162. post 917. add.: p. 1250. Walz. (ubi usque ad καθίστασαν.) Cf. Max. Plan. V. p. 566. — Κτῆσιν. p. 163. [κτίσιν etiam T. et m., κτῆσιν Hermog.] Hoc tenet Bloomf., et ductus locis Isocr. Panathen. p. 420. ed. Wolf. et Archidam. p. 173. parum rem decernentibus tuetur Did.; κτίσιν nunc Goell. — [Ἐνοικούντων αὐτήν. Suspicio augetur interpolatione c. 91. — Παλαιοτάτου item Ven. T. m. —] Μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω. Add. Herm. Ant. §. 23, 13. — [Λακεδαιμόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ. Pro Laur. Bekker nunc nominat Vat. —] §. 2. Τῶν ξυμπολεμησάντων. p. 165. Post II, 49. add.: sicut Roth. ad Tac. Agric. p. 200 sq. Goeller ad primum bellum Persicum respici putat; sed hoc Graeci minime communiter gesserant. Ad alterum autem tolerandum plurimi se coniunxerunt a. 481., de qua societate vid. Herod. VII, 145 sqq. et Ullrich. de psephism. Megar. p. 15 sq. — [Ἐςβάντες Cl. quoque. Pro *videbimus* — IV, 25. leg.: in adn. hic et ad I, 73., sed alterum, ubicunque apud Thuc. legatur, dubium esse iure hic ab Arn. affirmari ad script. discr. II, 91. III, 80. IV, 25. videbimus. —] §. 3. Ὀλίγον μὲν χρόνον. Duodeviginti circiter annos. Vid. I, 102. — Ὁμαιχμία. p. 167. Usi sunt etiam Herod.

VII, 145. Appi. I. p. 88. Menand. hist. Priscus. Foedus aequum esse vult Bloomf., sed idem non minus ξυμμαχία dicitur. Cf. I, 102. V, 27 sqq. et de Herod. Ullrich l. d. p. 16. — [Οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι m. quoque. Add. ad c. 71. —] p. 168. v. post Steph. add.: Cf. Sinten. ad Plut. Them. p. 12.

Cap. XIX. [Φόρου. Cl. quoque φόρον. — Πολιτεύσωσι. πολιτεύσουσι taciti Aug. et Laur.] p. 170. v. 19. post Vind. add.: et m. Tum v. 21. leg. 82. — [Ναῦς τε. Infelicem Korais ad Plut. V. p. 390. coniecturam τὴν δυναστείαν explodit Did. — Πόλεων T. quoque, πολεμίων m. — Παραλαβόντες. ἦρχον om. etiam T. —] Μετὰ ἀκραιφνοῦς. — p. 171. v. 19. extr. add.: Appi. Civ. II, 73. Iulian. Ep. 34. al. Cf. Bloomf. ad c. 52. et Fix in Steph. Thes.

Cap. XX. §. 1. Χαλεπὰ ὄντα παντὶ ἑξῆς τεκμηρίῳ πιστεῦσαι. p. 137 sq. Did. aliorum interpretationibus recensis contra vim vocis τεκμήριον sententiam hanc esse dicit: *qu'il est difficile de croire également à tous les faits des tems anciens.* p. 174. v. 14. ab ult. post 253. add.: Cf. Hand Tursell. in *deinceps* II. p. 234. — Σφίσιν. Cf. adn. ad I, 30. 45. — [§. 2. Respicit huc Theon progymn. p. 161. Walz. Cf. p. 216 sq. Quae de Hippia et Hipparcho dicta sunt, supposita temere putat Dobr. exceptis Ἀθηναίων γοῦν — υἱέων· certe delenda esse verba Ἱππ. δὲ — αὐτοῦ. — ὄντα. m. ὄντα οἴονται. Deinde post αὐτοῦ nunc virgula interpunxit Bekk. —] Δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι — p. 175 sq. „Cf. III, 53. εἰπόντας τι κινδυνεύειν.“ Arn. — §. 3. p. 177. v. 2. post *ipsum* add.: minus consentaneum putat Haack. Compend. antiqu. p. 36 sq. ed. 3.; v. 15. post ἀεὶ add.: item ad V, 105. — Δυοῖν tacitus m. —] p. 178. v. 15. pro *male vocavit* lege: *ut alii quidam vocavit, Herodotus* δῆμον, cf. Baehr. ad Herod. III, 55. et adn. ad Schol. Aliquanto post v. 27. post *loqui* add.: Cf. adn. ad V, 68. — p. 179. v. 6. add.: Rectius huc referas *vulgi indiligentiam veri* apud Tac. Hist. IV, 49. Cf. etiam Schweigh. ad Appi. III. p. 825. Tum v. 28. post 179 sq. add.: Vid. tamen Goell. Praef. p. 22.

Cap. XXI. §. 1. [Ἁμαρτάνοι. m. quoque ἁμαρτάνει. —] Προσαγωγότερον p. 181. De ἐπαγωγ. cf. adn. ad IV, 88. De duplicis comparativi usu notissimo explicat Arn. Ἀνεξέλεγκτα. [Ven. ἀνεξέλεκτα.] p. 181. v. 4. ab ult. add.: Cf. IV, 126. Bau. de lect. Thuc. p. 41. Stallb. ad Plat. Apol. c. 22. Haackii tamen interpretationem verbis Herodot. II, 23 tuetur. Arn. — Ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα. p. 182. [Respicit huc Schol. Hermog. VII. p. 882. Walz.] Ἐπὶ τὸ μυθωδέστερον dixit Dion. Hal. p. 200. Exempla verbi ἐκνικᾶν cum ἐς iuncti profert Bloomf. in ed. Idem verba καὶ οὔτε — ἐκνενικηκότα male interpositionis signis circumdedit.] — §. 2. Πανσαμένων. Male Bloomf. de iis co-

gitat, qui aetatem militarem excesserint. — ['Απ' corr. m. —] Δηλώσει — αὐτῶν. Paene integer hexameter. Cf. adn. ad VIII, 78.

Cap. XXII. §. 1. Λόγῳ εἶπον. Add. p. 756. Nunc Bloomf. quoque λόγῳ *in orationibus* interpretatur. — Lobeckius Paral. Gr. Gr. II. p. 525 sq. id vituperans Graecos, si verbo praecedenti aut sequenti nomen additum esset necessarium, aequabilitatis membrorum causa verbo, quod nullo additamento egeret, adiunxisse nomen affine docet. Hic tamen contra quam in reliquis exemplis ab eo prolatis et contra quam VII, 69. neutrum membrum additamento egebat, si λόγῳ non significat *orationes*. Ceterum Bloomf. paulo post etiam de ἂν sententiam mutavit. — Χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν. — p. 184. v. 13. ab ult. Goeller nunc ut nos. Add. IV, 92. [Deinde Aug. quoque ἀπαγγέλουσιν. — 'Εμοί tacitus m. Tum μάλιστα Ven. quoque. —] 'Εχομένῳ — λεχθέντων [m. γρ. λεγόντων.] p. 185. Examinant haec et superiora ὡς δ' ἂν ἐδόκουν — εἰπεῖν Kutzen. Pericl. p. 143 sqq. et Pfau. Meditat. crit. de orationibus Thuc. p. 4 sqq. Hic postquam Bloomfieldium refutavit his verbis significari contendentem *nihil*, quod non vere dictum esset, orationibus contineri, etsi non omnia, sed quae de praesenti qualibet causa maxime consentanea essent, eaque verbis plerumque mutatis prolata essent, priore enunciatione, ut nos fecimus, explicata alteram interpretatur: *consectanti, ubi revera habebantur orationes, quam proxime universam sententiam.* Tria enim a Thuc. in his doceri putat, accuratissime se non servasse dicta ob difficultatem quandam, alias conciones exhibuisse quodammodo fictas, alias retulisse pro argumento revera habitas. Et negari non potest τῶν ὡς ἀλ. λεχθ. valere non minus posse *earum ex his orationibus, quae vere habitae sunt* (in nominativo οἱ — λεχθέντες τῶν λόγων), quam *earum orationum, quae* — (in nomin. οἱ — λεχθέντες λόγοι). — §. 2. Τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων. p. 185 sq. Add. III, 38. Kamp. p. 12. Lob. l. d. „Herm. ad. Soph. Trach. v. 229." GOELL. Τὰ πράγματα et τὰ ἔργα discernuntur Eur. Hel. v. 286. — ['Εδόκει. Cl. et T. quoque δοκεῖ. — Περὶ ἑκάστου om. pr. man. m. — §. 3. 'Εκατέρων. m. tacitus ἑκατέρῳ.] p. 186. v. 7. ab ult. post Schol. interpone: Cf. Add. et Sturz. adn. ad Dion. Cass. I. p. 84. — §. 4. Τὸ μὴ μυθῶδες. p. 187. De μή vid. Frank. de particul. negant. I. p. 8. et Rost. Gr. §. 135. adn. 7. — Ὅσοι δὲ βουλήσονται — ἀρκούντως ἕξει. p. 187 sqq. Did. ὄντων retinuit nec librorum auctoritatem reveritus nec duritiem traiectionis, quam statuit, τῶν μελλόντων ἔσεσθαι τοιούτων ὄντων, curans. Τὸ σαφὲς τῶν μελλόντων nunc Goell. liquido vocat τὸ πιθανόν. Cf. Add. Et p. 191. v. 18 sq. verba in prosa — 457. aut delenda aut magis definienda. — 'Ανθρώπειον. ['Ανθρώπινον etiam pr. man. m. Pro Vat. Bekk. nunc nominat Laur.] p. 193. Cf. etiam. Ell. ad

Arr. XII, 20, 3. et cum sententia Ter. Heaut. III, 2, 40.: *Si quid huius simile forte aliquando evenerit, Ut sunt humana.* Quae Ulrici. *Charakter d. alt. Histor.* p. 200. ex his colligit, refutata vide in Suppl. Proleg. I. 1. ad p. 41. — *Τοιούτων καὶ παραπλησίων.* p. 194. v. 7. pro *τοιοῦτον* leg. *παραπλήσιον.* Add. ὁμοίως καὶ παραπλησίως Demosth. Olynth. II. (III.) p. 36. ubi fallitur Rued., multo magis autem Burges. l. d. p. 114. omnibus his locis ἤ corrigens. Nec dissimilia Latina *haec atque talia* apud Sal. et Tac. Vid. etiam Walch. ad Tac. Agric. c. 12. et Arn. ad I, 143.

Cap. XXIII. §. 1. [*Πρότερον* nunc etiam Goell. — *Ἔργων.* ἔργον m. corr. — *Δυοῖν* Pal. *corr.* *Δυεῖν* Bloomf. retinuit, quia genitivus esse posset, immo articuli causa deberet; (at vid. Diurn. scholast. a. 1833. p. 45.;) contra *δυοῖν* recepit Arn., quia ob collocationem verborum genitivus haud facile existimari posset. —] *Ταχεῖαν τὴν κρίσιν ἔσχε.* Sic ὁ πόλεμος ταχεῖαν τὴν κρίσιν ἔλαβε Dion. Hal. p. 110. De articulo parum recte disputat Bloomf. Cf. adn. ad I, 6. *ξυνήθη τὴν δίαιταν — ἐποιήσαντο.* — §. 3. [Pro *γῆς* pr. man. Aug. quoque *τῆς.* Ceterum cf. Add. Deinde T. quoque *ἰσχυρότατοι.* —] *Ἐπέσχον.* „Non *occupabant* [quae tamen explanatio verbis c. 50. nonnihil adiuvatur], sed *praevalebant,* ut Dion. Cass. p. 1140. ἐπὶ πλείους ἡμέρας ὁ σεισμὸς ἐπεῖχε, Polyb. V, 5, 6. τῶν ἐτησίων ἐπεχόντων." Bloomf. Cf. Tac. Germ. 22. *plurimum hiems occupat* et *κατέχειν* III, 89. ibique adn. — [*Πυκνότεραι.* Aug. *πυκνότερα.* — *Καὶ ἡ.* ἡ om. etiam Aug. —] *Μέρος τι.* Cf. adn. ad Schol. VII, 30. In Add. p. 757. pro *gravem* leg. *magnam.* — [§. 5. *Διότι δέ* Ven. quoque, at Aug. ut It. Vat. — *Προέγραψα* T. quoque, *προὔγραψα* nunc Bekk. — *Τινά* Cl. et T. quoque. Cf. c. 37. et VIII, 76. —] §. 6. p. 202. v. 5. ab ult. leg. *ut ex* c. 126. *init. apparet.* — [*Αἱ δέ* et paulo post *αἵδε* plene etiam Cl. Ven. T.]

Cap. XXIV. §. 1. *Ἐν δεξιᾷ.* p. 209. Permultis exemplis tuetur etiam Bloomf. in ed. — §. 2. [*Φάλιος.* Aug. Pal. ac nunc Bekk. *Φαλίος.* Recte. Vid. Goettl. Doctr. accent. p. 171. Vat. *Φαλιός.*] — *Ἐρατοκλείδου.* p. 211. v. 3. pro I, 1. leg. I. Inscr. Add. Ell. ad Arri. II, 15, 3. {Deinde ante *γένος* interpungunt etiam Ven. et Bloomf. —] *Κατὰ δὴ τὸν παλ. νόμ.* p. 211. Add. Burges. p. 211., qui frustra impugnat articulum. — [*Ξυνῴκισαν.* *ξυνῴκησαν* Ven. quoque. —] §. 3. *Προελθόντος — πολυάνθρωπος.* Imitatur Procop. p. 135. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐγένετο ἡ τῶν Καρχηδονίων δύναμις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. — §. 4. *Ὡς λέγεται.* p. 212. Nunc secus iudicat Bloomf. — [*Ἀπό* etiam Ald. et ed. Bas. —] §. 5. *Τὰ δὲ τελευταῖα.* p. 213. Goell. nunc tacet. Post 283. add.: VIII, 85. Lob. ad Soph. Ai. v. 301. ac Bloomf. in ed. — [*Μετὰ τῶν βαρβ.*

om. etiam pr. man. m., solum *τῶν* om. Ven. — §. 7. *Καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον*. Anecd. Barocc. in Mus. philol. Cantabr. II. p. 113. *ἐς τὸ Ἡραῖον ἐκαθέζοντο*. Aug. et Vat. *Ἥραιον*, quod ex Arcad. p. 120, 21. commendat Goettl. Doctr. accent. p. 234. Cf. script. discr. III, 81. —] p. 213. v. 17. ab ult. pro XCII, leg. XLII.

Cap. XXV. §. 1. *Ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο*. p. 215. Sic etiam Dio Cass. C, 31. Cantac. III, 39. p. 237. et 57. p. 350. (ibi sequ. *τοῦ*.) De similibus add. Stallb. ad Plat. Crit. p. 43. C. Itaque *εἶχον* male praefert Did. — v. 13. post *Vand.* add. p. 126. cf. p. 134., v. 16. post *At* add.: vid. Bloomf. in ed., denique v. 19. post *Schol.* add.: et Bloomf., qui exempla verborum *εὖ τίθεσθαι* profert (cf. ad IV 59.) *Εὖ* excidisse frustra coniicit Burges. l. d. p. 154. — [*Ἐπήροντο* etiam T. et tacitus m. — *Αὐτοῖς. αὐτήν* item γρ. m. — *Διαφθειρομένους. Φθειρομένους* nunc pro Vat. ex Laur. et m. affert Bekk. — §. 3. *Κατά τε. τε* om. Ven. Tum interpositionis signa tollenda.] p. 215. v. 3. ab ult. post 276. add.: et VI, 83. — *Παρημέλουν*. p. 216. Add. *παρημέλημαι* Dion. Hal. Ant. 661. et adn. ad III, 67. — §. 4. *Οὔτε γὰρ — διδόντες*. p. 216. v. 24. add.: Rost. Gr. §. 130. 2. adn., et v. 7. ab ult. post 471. add.: Matth. Gr. §. 617. d. Elmsl. ad Eur. Med. v. 363. — p. 217. v. 9 sqq. Ut Krueg. etiam Dobr., qui verba *ἢ καὶ — πολεμεῖν* in parenthesin vult redigi. — *Οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι* — p. 217. *Γέρα τὰ νομιζόμενα* Did. propter verba Diodori *munera* putat esse, Goell. rectius omnia ea, quae honoris causa metropoli essent praestanda *προεδρίαν, ἱερεῖα*, al. Sed quod idem contrarias inter se poni dicit solennitates maiori patriae cum colonia communes et sacra Corcyraeorum propria, id, quum in altero membro non legatur *οὔτε ἰδίᾳ προκαταρχόμενοι Κορινθίῳ ἀνδρί*, sed *οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκατ.*, concedere non possumus; prius *οὔτε* igitur ad totum prius ennunciatum spectat. — p. 218. v. 4. Hanc explicationem sive Stephanianam *neque rem divinam auspicabantur viro Corinthio operante sacris* probat Did., eamque veram esse nunc non dubitamus, quum Appian. Civ. I, 110. similiter scripserit *αὐτῇ προκαταρχόμενοι*, ubi Schweigh: „*velut illa duce et auspice usus*. Simillima verbi illius constructio Thuc. I, 25., *neque in sacris faciundis duce et auspice Corinthio cive utebantur.*“ Arnoldus Goellerum secutus *προκατάρχεσθαι* translate addito *πολέμου* apud Diod. II, 18. legi, hic autem idem atque *κατάρχεσθαι* solum seu *κατάρχεσθαι τῶν ἱερῶν* Demosth. c. Mid. p. 552. esse adnotavit. Sed id sumptum, non demonstratum est. Nostram pristinam interpretationem probatam Schoemanno Ant. iur. publ. Gr. p. 421. Goeller ideo reiicit, quia viscerum distributio heroicis quidem temporibus facta, at serius exta diis oblata sint. Suam Goell. contra nostram dubitationem ita tueri studet, ut nunc ad prius membrum intelligat *τοῖς*

Κορινθίοις. Sed vide supra ad p. 217. dicta. — *Ὄντες — ὅμοια τοῖς — δυνατωτάτοις.* p. 219. v. 10. pro 116. leg. 141. et v. 14. post 104. add.: scr. discr. ad VII, 29. Ceterum falso Bloomf. ὄντες etiam cum δυνάμει χρημάτων arcte iungi posse opinatur. — *Κατὰ τὴν τῶν* [hoc, quod p. 219. excidit, om. etiam pr. man. m.] *Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας.* De duplici genitivo add. Lob. ad Soph. Ai. v. 309. Phaeaces in Corcyra habitasse quum veteres omnes (ex quibus cf. maxime Schol. Apoll. Rhod. IV, 891. et 983.) docent, tum ex recentioribus concedunt Voss. Epist. mythol. III. p. 173. et Voelck. Geogr. Hom. §. 36. et 64. Ex recentioribus negant Grotef. Welck. Mus. Rhen. 1833. fasc. 2. ac Both. ad Od., nihil decernit Nitzsch. ad Hom. Od. VI. init. Pertinet huc etiam Alcinoi cultus apud Corcyraeos III, 70. — [*Τὸ ναυτικόν.* τὰ ναυτικά etiam m.]

Cap. XXVI. §. 1. [*Ὠφελίαν* nunc usquequaque Bekk. —] *Περαιούμενοι.* Cf. Matth. Gr. §. 555. adn. 2. p. 1288. — §. 3. [*Ἡισθόντο* etiam Cl. T. Ald. ed. Bas. tacitusque m.] — *Κατ' ἐπήρειαν.* p. 221 sq. Ut nos quidem interpretatur Bloomf. (*abusively and threatening*), sed exempla formulae, quae ex Dion. Cass. 169, 31. et 744, 33. affert, huic interpretationi minime conveniunt, atque apud Atticos ἐπήρειαν semper esse *malitiam* affirmat Goell., de qua re ex Steph. Thes. ed. rec. iudicari satis non potest. — [*Τάφους τε.* Aug. quoque δέ pro τέ. Deinde Vat. ἐπιδεικνύντες. — *Ἐδέοντο.* τέ addit etiam Ven., pro Laur. nunc Vat. nominat Bekk. — *Κορίνθιοι* sine art. item Cl. Ven. Pal. T. tacitusque m. — §. 4. *Οἱ δέ.* Scripturam ὡς δὲ οἱ recepit Did. In It. οὐ δέ pro οἱ δέ, non pro οὐδέν. — *Ἐπ' αὐτούς.* Pro Laur. nunc Aug. nominat Bekk. — *Τεσσαράκοντα νουσί* tiem Cl. Ven. T. In ed. Bas. ut vulgo. — *Ἰλλυριούς.* Ἰλλυρικούς etiam rec. Aug. —] §. 5. *Προςκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν.* p. 223. v. 22. post *Alex.* add.: Item alii scriptores. Cf. Bloomf., qui vix unum accusativi contra quinquaginta dativi exempla se adnotasse dicit. — [*Ἐπιδαμνίων τε.* Laur. δέ pro τέ. — *Ἀπιέναι.* Aug. secundum Bekk. εἶναι. — *Χρήσασθαι* T. et m. quoque. *Χρήσεσθαι* nunc revocavit Bekk., nec negari potest ita melius diversam vim, quam προεῖπον apud ἀπιέναι et apud χρήσ. habet, distingui. — *Οἱ μὲν — τὴν πόλιν* Tiber. περὶ σχημ. VIII. p. 577. Walz. παρεμβολῆς causa proferens, ubi οἱ δὲ Κορίνθιοι προςκαθεζόμενοι. —] *Ἔστι δὲ* [ita etiam Cl. Ven. T.] ἰσθμὸς τ. χ. p. 224. Cf. etiam VIII, 25. adn. — p. 224. v. 7. ab ult. add.: Cf. Hart. de Partic. II. p. 35. Minus recte Hand. Tursell. I. p. 431.

Cap. XXVII. §. 1. [*Στρατιάν.* Ven. quoque στρατείαν. —] *Ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ.* p. 225. v. 18. ab ult. post 322. add.: et Lob. Paralip. Gr. Gr. 1. p. 61. — [*Μὴ ἐθέλοι* item Cl. Ven. T. ed. Bas. et nunc Haack. —] *Κορινθίας,* p. 226. Genitivum esse ratus *Κορινθίᾳ* male coniicit Bloomf. — [*Τἀργύριον* etiam

Cl. Ven. T. — §. 2. *Ἠλείους δὲ* item Cl. Ven. Hermog. III. p. 87. Walz., ubi *Ἠλείους δὲ ναῦς ᾔτησαν κενὰς καὶ χρήματα.* —] p. 227. v. 16 sqq. ab ult. add. Lob. Paralip. Gr. Gr. I. p. 301.

Cap. XXVIII. [§. 1. *Ἐπειδή. ἐπεὶ* etiam m. Tum *ἐς Κορ.* etiam Pal. Ven. — §. 2. *Δέ τι. δ' ἔτι* etiam m. —] §. 3. *Ἑτέρους τῶν νῦν.* p. 228. med. Praesentes amicos ut Arn. ita Goell. exules et Illyrios esse vult, quod Corcyraei c. 31. se nulli Graecorum foederi adscriptos esse profitentur. *Ἕτεροι* debent esse Athenienses. — §. 4. [*Ἢν τάς τε.* Ven. *ἢν τε τάς.* — *Ἀπαγάγωσι* etiam T. et m., non Ven. secundum Arn. Deinde ed. Bas. quoque *βουλεύσασθαι.* — *Πρότερον δ' οὒ* item Cl. Ven. T. et nunc Bekk. — *Αὐτοὺς δέ* tacitus m. Ut Haack. in ed. 2. solos Corinthios putat esse Goell. Sed cur non legitur *σφᾶς*? —] p. 229 sq. *Σπονδὰς ποιήσασθαι* cum *ἕτοιμα* cl. V, 41. VII, 3. cohaerere debere pluribus demonstrat etiam Burges. l. d. p. 122., sed pro *δέ* mira comminiscitur. — p. 230. v. 7. ab ult. Post *γυναῖκα* add.: Cf. adn. ad V, 98.

Cap. XXIX. §. 1. *Ἐναντία πολεμήσοντες.* Cf. adn. ad III, 55. — §. 2. *Ἐστρατήγει.* Cf. Matth. Gr. §. 304. — [*Ὁ Πελλίχου. ὁ* om. Laur., *Πελλίχου* exstat etiam in Ven. T. Ald. — §. 3. Totam hanc paragraphum profert Greg. Cor. ad Hermog. VII. p. 1124. Walz. *ἐπεὶ* pro *ἐπειδή* etiam pr. man. m. —] *Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς.* De verborum collocatione cf. adn. ad III, 105. — *Ζεύξαντες — ἐπισκευάσαντες.* p. 233. v. 2. post Hermog. add.: et Doxop. Rhet. Walz. II. p. 245. *τεχνικὸν ὄνομα* vocans. Locus Greg. v. 6. est p. 1111. Walz. Cum eo facit Did., cum Pass. contra Arn. Vanderburgium ad Horat. Carm. I, 14, 6. comparat Goell. Sed *ὑποζωννύειν* atque *ὑποζώματα*, quae de funibus, quibus carina circumdabatur, dici demonstrat, non esse idem atque *ζεῦξαι* recte respondet Did. V, 13. ab ult. post *Lex. Gr.* add.: item Did. et adn. ad VII, 36. — §. 4. [*Κήρυξ. κῆρυξ* Ald. ed. Bas. Steph. I. Bekk. — *Ἀνταναγόμενοι* Ven. quoque et nunc Haack. — *Καὶ ναῦς. καὶ ναῦς τε* etiam m. Ald. ed. Bas. — §. 5. *Τῇ δὲ αὐτῇ.* Ald. quoque *τῇ αὐτῇ δέ.* Paulo post *ἄλλό τι* idem Ald. ed. Bas.]

Cap. XXX. §. 1. *Τροπαῖον.* p. 235. Testibus accentus add. Schol. Dion. gramm. p. 678. Anecd. Bekk. — *Λευκίμμη. Λευκίμνη* retineri mavult Bloomf., quia multo plura vocabula Graeca ab hoc tamen satis diversa in *ιμνος* quam in *ιμμος* desinant. Contra testimoniis l. d. prolatis et nomine recentiore *Levkimmo* seu *Alefkimo* nititur Arn. Hoc promontorium a *Bianco* discernens octo mill. ad septentrionem inde spectare dicit Leak. Graec. sept. I. p. 94. Cf. Muell. de Corcyr. Rep. p. 3. Deinde *Κερκυραίας* etiam m. — §. 2. *Κορινθίοις. τοῖς* om. etiam Ven., tacitus m. ac nunc Haack. — §. 3. *Τὸν πλεῖστον. τὸ πλ.* Cl. a man. pr. — *Ἐκράτουν* item Cl. Ven. tacitusque m. Alterum exemplis Herodoti et Arriani *ἐπικρατεῖν τῆς*

θαλάσσης scribentium tuetur Bloomf. Sed Thuc. etsi verbo ἐπικρατεῖν non raro usus est, κρατεῖν τῆς θαλάσσης dicit, ut §. 2. c. 13. 117. VII, 57., eodemque modo τοῦ ποταμοῦ 104., τοῦ πορθμοῦ IV, 24., similia. Ἐπικρατεῖν et κρατεῖν iterum in libris confusa sunt VII, 42. Deinde ἔφθειραν etiam Ald. et ed. Bas. —] Περιιόντι τῷ θέρει. p. 236 sq. Περιιόντι Aug. et nunc Goell. ut Arn. interpretans *ad finem vergente*, et περιόντι articuli collocationis causa improbans. — [§. 4. Ἐπέπλεόν τε. m. quoque ἐπ. δέ —] Schol. v. ἐπίνειον. Post παραθαλασσίου excidisse χωρίου putat Schaef. ad Dem. de symmor. p. 184, 2.

Cap. XXXI. §. 1. p. 239. v. 18. extr. add.: at cf. IV, 121. Deinde v. 20. ab ult. nunc Bloomf. totum dicendi genus μισθῷ πείθειν, quod Thucydidi peculiare sit, iubet adnotari. Idem locutionis νεῶν στόλος exempla profert. — §. 2. [Πυνθανόμενοι —. Haec usque ad γενέσθαι excitat Alex. περὶ σχημ. VIII. p. 482., ubi πυθόμενοι. Vult esse hyperbaton. — Ἐσεγράψαντο item T. tacitus m. ac nunc Haack. Legitur hoc verbum etiam Procop. B. P. II. p. 46. s. 88. Ἀπεγράψαντο igitur frustra probat Did. afferens Xen. Hell. VI, 3, 19. Alex. ἐπέγραψαν. Idem σπονδάς ponit post Λακεδ. — Ὡς τοὺς Ἀθην. Alex. πρὸς τοὺς Ἀθ. Deinde soli ξυμμάχοις coniicere. Cf. Matth. Gr. §. 536. adn. et Lob. ad Soph. Ai. v. 1006. — §. 3. Τὸ Ἀττικόν. Καί om. etiam Cl. Ven. Pal. T., Ἀττικόν praebent etiam Aug. Ven. ac nunc Goell. In Laur. haec καὶ τὸ αὐτῶν πρός rec. man. super quinque ferme literas erasas. — §. 4. Καὶ οἱ μέν. — Negligentius aut haec aut c. 36. extr. excitat Doxop. II. p. 204. Rhet. Walz.]

Cap. XXXII sqq. Hanc orationem vere habitam esse negat Pfau. Meditat. crit. p. 14 sq.

Cap. XXXII. §. 1. [Δίκαιον —. Usque ad ἀναδιδάξαι profert Schol. Hermog. VI. p. 514. ed. Walz., ubi μεγάλης post ξυμμαχίας positum est, et usque ad πέλας idem VII. p. 974., ubi προὐφειλ. et πρὸς τοὺς πέλ. — Πρῶτον μέν —. Huc respicit Schol. Hermog. IV. p. 759. Deinde ὅτι τε Aug. quoque. —] Ξύμφορα δέονται. Δέομαι cum accusativo pronominis neutrius generis, ut infra in hoc cap., iungi posse adnotavit Matth. Gr. §. 355. adn. 2. Adde igitur adiectiva neutrius generis. — §. 2. p. 243. Μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως. Trium genitivorum exemplis adde VIII, 48. et cf. Lob. ad Soph. Ai. v. 309. [Pro ἐχυρά Ald. et ed. Bas. ἰσχυρά, pro ὑμῖν Ven. ἡμῖν. — §. 3. Αὐτῶν item Ven. — §. 4. Ξύμμαχοί τε. Post Ald. add. IV. p. 116. Walz. et p. 115., ubi ἐν τῷ πρὸ τοῦ γενόμενοι νῦν ἄλλων δ' οὐδὲ δεησόμενοι. Χρόνῳ om. etiam Cl. T. In Ven. legitur in marg. pallidiore atramento, recentioris manus indicio.] p. 244. v. 11. leg. 2. pro 21. et dele verba ac *vor Kursem*. — [Καθέσταμεν etiam T. Schol. Hermog. ac tacitus m. —] p. 245. v. 12. extr.

addde: *qui nunc tacent.* *Ἐναντία* adverbialiter (cf. ad III, 55.) dictum frustra volunt Bloomf. et Goell., ut *τολμᾶν* sit *audacter agere.* Cf. ad V, 76. Significatur *τὸ ἄλλων ξυμμαχίας δεῖσθαι.*

Cap. XXXIII. §. 1. *Ξυντυχία.* p. 247 sq. „Cf. III, 112." ARN. Et VIII, 98. — [*Μετά* Ven. quoque. — *Καταθῆσθε.* *Καταθῆσθε* Cl. quoque. Sed lege aut *καταθεῖσθε* aut *καταθήσεσθε* et verba breviter dicta existima pro *καταθήσεσθε* (sive *καταθεῖσθε ἄν*) *ὡς ἂν μάλιστα καταθεῖσθε.* Ita recte Goell. Cf. adn. ad VI, 57. — §. 2. *Σκέψασθε* om. pr. man. m. —] *Εὐπραξία.* p. 248. v. 11. ab ult. post *semper* add.: praeter III, 39., et v. 7. extr. add.: Cf. Lob. ad. Soph. Ai. v. 759., qui etiam *δυςπραξία* apud Thuc. legi falso asseverat. — [*Εἰ.* *ἢ εἰ* videtur fuisse in Cl. a pr. man. — *Πρὸ πολλῶν.* Add. Bloomf. in ed. Tum *κινδύνων* etiam Cl. T. —] *Ἀρετήν.* p. 249 sq. Add. Matth. Gr. §. 430. 9. [Deinde *δ'* Ven. quoque, et *παραγίγν.* nunc Haack. et Bekk. — §. 3. *Τὸν δὲ πόλεμον* —. Usque ad *ἐπιχείρησιν* affert Schol. Hermog. IV. p. 740. Walz., qui post *δυναμ.* interponit *τέ.* —] *Προκαταλαμβάνοντας ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν.* Usitatam horum interpretationem, *et nobis prioribus potiri studere ad vos invadendos*, frustra reprehendit Did., ita *τὴν ὑμετ. ἐπιχείρ.* dici posse negans, quamvis antecedant verba *φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ*, cf. Matth. Gr. §. 466. 2., et recepto *ἡμετέραν* interpretans *qu'ils veulent nous prévenir dans notre mission* contra vim verborum et contra c. 36. [*Ἡμετέραν* etiam ed. Bas. — *Κατ' αὐτῶν.* *Κατ' αὐτούς* etiam pr. man. Cl.] p. 251. v. 8. ab ult. post 48. add.: Lob. ad Ai. l. d. — *Μηδὲ δυοῖν.* — p. 252. v. 22. add. III, 82. et ibi adn. et v. 25. post *θεόν* add.: Cf. adn. ad Schol. VIII. 73.; denique v. 8. ab ult. post *Goell.* add.: Alia exempla praebet Steph. Thes. II. p. 718. — [*Ἡμέτερον* item Ven. T., taciti Aug. m. ac nunc Haack. Deinde *δ' αὖ* item m. — *Προεπιβουλεύειν.* Apud Hermog. III. p. 421. quidem *ἐπιβουλεύειν*, sed Vind. *προςεπ.*, et *προεπ.* legendum esse apparet ex explicatione. —] p. 254. v. 10. ab ult. pro 76. leg. et add.: ad Schol. III, 40.

Cap. XXXIV. [*Ἣν δέ.* — Usque ad *ἀλλοτριοῦται* profert Apsin. IX. p. 517. Walz. — *Πᾶσα.* *πᾶσα μέν* etiam pr. man. m. — *Οὐ γάρ.* Cl. quoque *οὐδὲ γάρ.* Deinde Pal. item *ὁμοῖοι.* — *Ἐκπέμπονται.* m. quoque *ἐκπέμπεται, ον* superscr. §. 2. *Ὡς δὲ — ἐστί* Apsin. l. d. — *Ἐβουλήθησαν* etiam Cl. T. tacitusque m. — §. 3. *Τί* Ven. quoque om. —] *Ἐκ τοῦ εὐθέος.* p. 255 sq. Rectam et scripturam et interpretationem nunc sequitur Goell. V. 17. ab ult. post E. A. add. II. Exempla Procopii alia sunt p. 54. 236. 245. extr. — *Ἀσφαλέστατος ἂν διατελοίη.* *Βίον* cogitari vult Bloomf. Cf. interpr. Tac. Germ. c. 30.

Cap. XXXV. [*Λύσετε δέ* —. Schol. Hermog. IV. p. 727., ubi

οὐδέ om., δεξάμενοι legitur, μηδετέρων — ξυμμάχους om. —] §. 2. Εἴρηται γάρ —. „Cf. Od. Müll. Dor. I. p. 134. [immo 194.] adn.“ GOELL. — [Τῶν Ἑλληνίδων —. Schol. Hermog. l. d. τῶν Ἑλλ. πόλ. τὰς συμμαχίδας ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους βούλοιντο ἰέναι. — §. 3. Ἀπό τε. τε om. Ven. — Προςέτι καί. καί om. Ven. Tum Aug. quoque εἴρξ. —] Εἶτα. p. 257 sq. εἰ μέν coniecit Pflugk. Schediasm. crit. p. 31., deinde δέ expungens; sed non aptum est μέν posito εἰ, et vulgatam tuetur Schol. Hermog. IV. p. 733. haec proferens usque ad δίκαιον. — §. 4. [Ὑμᾶς om. Schol. Hermog. l. d. — Ἡμᾶς μέν — ἀπώσεσθε. Omissis verbis κινδ. καί excitat Schol. Hermog. IV. p. 375. μέν om. Ven. — §. 5. Οἵτε. οἱ coni. Aug. —] Ἦσαν. p. 258 sq. Bloomf. nunc εἰσί legendum coniicit, et vulgatum obelis notavit. Contra Goell., quia Corinthii illo tempore ἔνσπονδοι Atheniensibus fuerint, cum malitia quadam dictum putat, ut sonet: *erant? nonne etiamnum sunt?* [Antea ἡμῖν etiam Cl. a man. pr., Pal. T., taciti It. m., non item Aug. — Ὅπερ. Bas. ed. 1. ut vulg. —] Οὐχ ὁμ. — ἀλλὰ μάλιστα μέν —. p. 259. med. Burges. l. d. p. 157. δεῖ ante εἰ excidisse ingeniose suspicatur. — Ἐχυρώτατος [item Ven. T. reliqui recentius collati.] p. 259 sq. v. 21. extr. add.: Ὀχυρώτατος igitur male recepit Bloomf. apud Thuc. usquequaque in nonnullis optimorum librorum pro altero exstare falso affirmans.

Cap. XXXVI. §. 1. [Λύσῃ. Leg. nunc Matth. §. 519. 8. —] Τὸ μὲν δεδιός. p. 261. Sic τὸ δεδιός et τὸ θαρσοῦν Dio Cass. XXXIX, 15. Tum p. 262. v. 21. post *fateri* add.: (nam male ita interpretantur VI, 87.) Ceterum cf. Walch. ad Tac. Agric. c. 39. — [Αὐτοῦ item Ven. T. Ald. Steph. 1. Tum Aug. φοβήσων. — Αὐταῖς. Aug. ut Vat. — Οὐ παρόντα. Aug. οὔπωρόντα. — Οἰκειοῦταί τε item T. et tacitus m. — §. 2. Τό τε ἐνθένδε. Ven. ut Ar., m. ut C. Deinde τὰ ἄλλα etiam Cl. Ven. T., τἄλλα Ald. ed. Bas. Steph. 1. —] §. 3. Τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον. p. 264. Dativos ad προέσθαι referri iubet Burges. l. d. p. 111. et 244., cui et collocatio et sententia adversatur. Scholiastam in dativorum explicatione secutus Did. in proximis pessime scripsit ἕκαστον, τῷ δ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς, μάθοιτε, τῷ — ἡμᾶς appositionem esse opinatus. — [Μάθοιτε. Ven. μάθητε. —] Τρία μὲν ὄντα —. p. 238. Ne verbum finitum cogitandum sit, Burges. l. d. p. 156. in iis, quae sequuntur, τούτων δεῖ, εἰ περιόψ. —, scribi iubet, quo, praeterquam quod accusativi absoluti oriuntur, in proximis orationis cohaerentia perturbatur. Arn. ibi proprie ναυμαχῆσαι ὑμᾶς δεῆσον pergere Thucydidem debuisse opinatur. [Τῶν ante Κορ. om. etiam Cl. Ven. T., qui iidem et nunc Haack. ταὐτόν praebent. τούτων δ' ἓν εἰ m. quoque. — Προκαταλήψ. Pal. προκαταλείψ. — Κερκυραίοις — ναυμαχήσετε. Vulgo etiam Suid., ubi delevit Bernh. — Ἡμετέραις Ven.

quoque et corr. m. Cf. Schneid. ad Plat. III. p. 139. Ex πλεῖσαι pendere, ut πολλῷ πλείονες dicatur, male vult Goell.; nam non est mensurae vel quantitatis vocabulum. — *Τοιαῦτα* — *τοιάδε* profert Doxop. Rhet. Walz. II. p. 278.]

Cap. XXXVII. §. 1. [*Ἀναγκαῖον*. Pro ἀμφοτέρων scrib. ἰέναι. Vid. IV. p. 206. Rhet. Walz. —] *Ἀλλ' ὡς καί* p. 268. v. 5 sq. Aliter Merz. Lect. Xenoph. Spec. 2. p. 17. — *Ἵνα* — *ἀπώσησθέ*. ibid. v. 19—21. Sententiam Bloomf. nunc recte mutavit. [Ven. τήν τε ἀφ' ἡμῶν ἀξ., τέ om. pr. man. m. — §. 2. *Τἀδικήματα*. Schol. Hermog. ut Mosqu. Deinde οὔτε pro οὐδέ mavult Dobr., sed τέ — οὔτε inter se respondent.] *Ἀδικήματα* et latrocinia et maiores expeditiones maritimas esse vult Muell. de Corcyr. Rep. p. 21. — *Οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι*. p. 269. *Παρακαλοῦντας* male recepit Did. interpretans *admonentes*, *reprehendentes*. Goell. nunc recte. — *Αὐτάρκη θέσιν κειμένη*. Aliena comparat Bloomf., velut Soph. Phil. 144. τόπον — ὅντινα κεῖται. Vid. ibi Wund. Tu cf. nunc praecipue Lob. Paralip. Gr. Gr. II. p. 516. et de re Muell. de Corcyr. Rep. 60. — *Παρέχει αὐτοὺς* — *γίγνεσθαι*. p. 270. med. Goeller nunc, ut Did. et Arn., sequitur explanationem a nobis p. 271. exhibitam. Bloomf. prius enunciatum in ed. melius quam olim interpretatur, in altero male ad Baueri sententiam transiit. „*Ξυνθήκας* autem Thucydides intelligit pacta de litibus inter civitates per arbitros dirimendis.“ Goell. [*Τινά* etiam Ven. T. tacitusque m. — §. 4. *Κἂν τούτῳ* — *προβέβληνται*. p. 271. v. 11. ab ult. pro *Parteilichkeit* leg. *Parteilosigkeit*. De supplemento nunc tacet Goell., contra hyperbaton fingit, verba οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικήσωσιν proprie post ἀναισχυντ. collocanda fuisse affirmans. Quasi vero minus recte dixeris *non (eo consilio) ut* —, *sed ut* —, quam *ut* —, *non ut* —. *Καὶ ὅπως* —. p. 272. v. 15. ab ult. post *Bloomf.* add.: et Did. [*Ξυναδικήσωσιν* T. quoque. In κρατῶσι de Aug. tacet Bekk. Ad βιάζωνται post *Bas.* add. 1.; βιάζονται etiam Cl. a man. pr. et T. Ad ἔχωσιν post *Bas.* add. 2. *Ἀναισχυντοῦσιν* item Cl. a man. pr. et T.] — p. 273. v. 18. ab ult. nunc pro 2. leg. 5.

Cap. XXXVIII. [§. 2. *Κατοικίσαι*. Marg. Steph. 1. ἀποικίσαι, e coni. —] §. 4. *Οὐδ' ἐπιστρατευόμεν* [ita etiam Cl. T.] ἐκπρεπῶς [item T.] p. 276. sq. Did. adverbii εὐπρεπῶς exempla inutilia proferens vulgatam retinuit, id quod Bloomf. non est ausus. Librorum scripturam receptam Arn. interpretatur: *neque bellum iis inferimus modo indigno, (omnino non illaturi,), nisi* —, ut oratio contracta sit, quemadmodum III, 11. *Ἐκπρεπῶς* etiam Goell. verbis *indigno modo* reddit.

Cap. XXXIX. *Ἣν* [Pal. ἣ] γε οὐ τὸν προὔχοντα —. p. 278 sq. v. 15. ab ult. pro IV, 18. leg. IV, 19. Antea v. 17. ab ult. verba *sicut* — *τόν* propter proxima dele. Locutionis ἐκ τοῦ ἀσφα-

λοῦς Bloomf. in ed. exempla adscripsit. Arn. confert. III, 82, 7. Did. vulgatam inepte ideo tuetur, quia προέχειν τὴν δίκην dici nequeat, et τὶ λέγειν dicendi genus Aristophane quam Thucydide dignius sit, quod utrumque argumentum satis in comment. refutatum est. Add. Ind. Xen. Cyr. in τίς et Matth. Gr. §. 487. 5. [Τηρεῖν om. etiam Ven. T., in Pal. τι et ante λέγειν et post id exstat. Deinde τά τε ἔργα item Ven. T.] — Ἐς ἴσον. p. 279. Quoniam Did. comparavit II, 72. ἢν ποιῆτε ὅμοια τοῖς λόγοις, Goell. cum Porto facit. Idem in πρὶν διαγωνίζεσθαι consentit cum Reisk. et Bloomf. πρὶν διαγωνίζεσθαι et οὐ πρὶν πολιορκεῖν inter se contraria esse negans, quia illa sententia sit generalis, haec ad Corcyraeos spectet. Sed declarandum est, cur hi contraria illi praecepto generali fecisse existimandi sint, atque διαγωνίζεσθαι alibi quoque est *armis decernere*, ut VIII, 46., nec ullum exemplum usus forensis exstat in Steph. Thes. — §. 2. Παρέσχοντο. p. 279. Add. adn. ad III, 54. [Tum Laur. ut A. — Ἀλλὰ καὶ — ξυναδικεῖν habet Max. Planud V. p. 567. Walz. — §. 3. Χρῆν. Cl. quoque ἐχρῆν — Ἀπογενόμενοι. Pal. quoque ἄπο γεν. — Κοινώσαντας. κοινωνήσαντας item Aug. et a pr. man. Cl. —] Ἐγκλημάτων — κοινωνεῖν. p. 280 sq. [Om. etiam Ven. T. In Ald. et ed. Bas. μόνον legi infitiatur Morst.] Did. sententiam vocat elegantem et concisam, sed nullam difficultatem, qua premitur, expedit. Bloomf. in ed. ita defendit, ut μόνον s. μόνων uncis incluserit, cuius originem miris modis explicare aggreditur. Cf. Diurn. schol. 1833. p. 51. Fingit praeterea haec expressa esse a Liban. Orat. p. 209. C. verbis πάντων ἀλογώτατον τὰ μὲν ἐγκλήματα ἑτέρων εἶναι, τὴν δὲ τιμωρίαν ἑτέρους ὑπέχειν. Audacissimis et ex parte pessimis mutationibus verba apta huic loco reddere conatus est Burges. p. 171. Sufficeret eius coniectura νόμιμον pro μόνως, si nudum ἐγκλημάτων, pro quo ἁμαρτημάτων desiderat Goell., ferri posset, nec libri aliam viam monstrarent. — p. 282. v. 13. ab ult. post Cass. add.: Alius esse Scholiastae, et alterum legisse προβαλλόμενον videri adnotat Dobr. — p. 283. v. 19—21. Goell. iis, quae hic diximus, repugnare τότε affirmat; sed hoc spectat ad id tempus, ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, quae securitas Corcyraeis non solum bello Samio et Aeginetico, sed omnino ante hoc bellum Corinthium contigit.

Cap. XL. [Αὐτοί τε. τέ utique om. Cl. et Ven. — Μετὰ προσηκόντων ἐγκλημάτων item Ven. et T. In m. μετὰ προσηκόντ- τοῦ δικαίου των κεφαλαίων. Vulgatam nunc etiam Haack. et Bloomf. spreverunt. Et τῶν τοῦ δικ. κεφαλαίων, quae e rhetoris nota ad marg. appicta, τὸ δίκαιον κεφάλαιον, orta putat, et ἐγκλημ. damnare videtur Dobr., de κεφάλ. cf. Ernest. Lex. Technol. Add. Goell. in ed. 2. — Ἐς ὑμᾶς om. etiam Ven. T. Laur. — Ἐρχόμεθα. ἠρχόμεθα male coniicit Burges. p. 124. Imperfectum non aptum est.

Cf. I. 1. p. 153. — Ὡς δ' οὐκ Ven. quoque, et χρὴ μαθεῖν idem et Cl. —] §. 2. Ἐπὶ βλάβῃ ἑτέρων. *Ad nocendum aliis*, non *in alterius partis fraudem* valere vult Did., ἑτέρων certe rectius interpretatus. [Haec et proxima ab οὐ τοῖς profert Schol. Hermog. IV. p. 727. Walz., ubi ἑτέρων om., et post ἐστὶν pergit οὐδ' ὅςτις τοῖς δεξαμ. — Ἄλλου nunc Haack. quoque et Ven. Idem et Cl. deinde ἀποστ. ἑαυτ. —] Ἀλλ' ὅςτις μή —. p. 284 sq. [Schol. Hermog. σωφρονοῖεν.] Goeller εἰ σωφρονοῦσι dicit esse εἰ πείθονται ἡμῖν, et sequi debuisse εἰ δὲ μὴ σωφρονοῦσιν, πόλεμον ἀντ' εἰρήνης ποιήσει. Sed nos nec illud, quum sententia οὐ τοῖς — ποιήσει generalis sit, concedere possumus, nec, cur hoc additamento opus sit, perspicimus. Proximum ὅ interpretare τὸ πόλεμον ἀντὶ εἰρήνης ὑμῖν ποιηθῆναι seu γίγνεσθαι. [Ἀντὶ εἰρ. item Cl. Ven. T. Schol. Hermog. — §. 3. Ἀντὶ ἐνσπόνδων πολέμιοι. Cf. Schol. Hermog. IV. p. 736. — §. 4. Καίτοι —. Usque ad ἐγένεσθε affert Schol. Hermog. IV. p. 733. — Τοὐναντίον propter εἰ δὲ μή male impugnat Burges. p. 158. Est *contra quam cum illis adversus nos*. — Ἀμφοτέροις. Aug. et Pal. ἀμφοτέρους. — Οὐδέ. Ven. οὐ. —] Δι' ἀναχωχῆς ἐγένεσθε. Haec ita dicta esse, ut δι' ὄχλου εἶναι I, 73. et alia a Matth. Gr. §. 580. e. allata, putant Arn. et Bloomf. Nisi forte ἔνσπονδοι ex superioribus intelligendum est. — [Πώποτε item Cl. et Schol. Hermog. —] §. 5. p. 286. v. 29. extr. add.: cf. adn. ad c. 20. et III, 36. — [§. 6. Φανεῖται. Ald. et ed. Bas. quoque φανεῖτε. —] p. 286. v. ult. post 252. add.: adn. ad III, 93. VI, 79.

Cap. XLI. §. 1. Δικαιώματα. p. 288. Pro *minus accurate* leg. *minus perspicue*. Cf. adn. ad III, 44. [Deinde Ven. quoque τοὺς τῶν Ἑλλ. et ὥςτε.] — Ὥςτε ἐπιχρῆσθαι. p. 288. Goell. nunc similiter atque Arn. reddit verbis *ut expetamus vices beneficiorum mutuo dandorum accipiendorumque*, quae vis, quum plena oratio sit ὥςτε ἡμεῖς ἐπιχρῆσθαι (ὑμῖν), non ὥστε ἡμᾶς τε καὶ ὑμᾶς ἐπιχρῆσθαι (ἀλλήλοις), vix insit. — §. 2. [Πελοποννησίους. Aug. Πελοποννησίοις. —] Ἐπικράτησιν. p. 289. Procopii exempla profert Bloomf. in ed. Add. Steph. Thes. ed. rec. — §. 3. Τῶν πάντων [item Ven. tacitus m. ac nunc Haack.] ἀπειρίαστοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν p. 290. v. 4. add.: Usi sunt cum πάντων etiam Ioseph. et Malch. (p. 250.), quos citat Bloomf. in ed., qui falso Dioni Cass. tribuit. Et v. 8. post 362. add.: Alia exempla praepositionis παρά ita dictae profert Bloomf., ex quibus duo simillima, alterum Dionysii, quod frustra quaesivimus, alterum Procop. 39, 21. (I. p. 120. Dind.) Cf. etiam ad I, 141. — [Ἦν — ἦ. εἰ — ἦν probat Burges. p. 124. —] Τὰ οἰκεῖα. p. 290. med. Valere *sua* bene docet etiam Did. — v. 12. ab ult. post 17. add.: et adn. ad VIII, 95.

Cap. XLII. §. 1. Ὧν ἐνθυμηθέντες. p. 291. Add. adn.

ad VI, 60. — [Ἡμᾶς. Ald. quoque et ed. Bas. ὑμᾶς. —] Εἰ πολεμήσει. p. 292. v. 3. post sq. add.: et p. 161. item VIII, 83. — §. 2. p. 292. v. ult. pro μέλλοντα leg. μέλλουσαν. — §. 3. Ἡ τελευταία χάρις — p. 293. Falsam interpretationem nunc sprevit Goell. Profert haec etiam Schol. Hom. Il. φ΄. v. 444 sq. Cf. Sal. Cat. 51, 5. *Plerique mortales postrema meminere.* — [§. 4. Ἐχυρωτέρα. Ven. ἰσχυρωτ. —] p. 294. v. 8. ab ult. leg. c. 33. 34.

Cap. XLIII. [§. 1. Τοὺς σφετέρους — κολάζειν temere suspecta sunt Dobraeo. τινά om. pr. man. m. — §. 2. Τὸ δ' ἴσον item Ald. et ed. Bas. — §. 3. Καὶ Κερκυραίους δέ. δέ om. T., habet Ven. — Δέχεσθε Ven. quoque. δέχεσθαι Aug. — Ἀμύνετε Cl. quoque. — §. 4. Προσήκοντά τε. τέ om. Ven. — §. 5. Τοιαῦτα δέ. m. δή pro δέ, „fort. corr."]

Cap. XLIV. §. 1. [Ἀθηναῖοι δέ. δέ om. pr. man. m. —] Γενομένης καὶ δὶς ἐκκλησίας. p. 299. De καί add. Kiessl. ad Tac. Germ. c. 32. et Hart. de Partic. I. p. 134. — Ἐκέλευον σφίσιν — ξυμπλεῖν. p. 302. v. 2. leg. VII, 70. et add. adn. ad V, 15. et Arndt. de pronom. reflex. usu p. 36 sq. — [§. 2. Ὡς. Pal. ὥς hic et c. 74. Cf. Spitzn. ad Hom. Il. ά. v. 116. — Κορινθίοις sine τοῖς etiam Ven. T. ac tacitus m. —] p. 303. v. 1. Locus Schol. est v. 724. Cf. Wass. in Ind. Script. a Schol. cit. —

Cap. XLV. [§. 1. Κίμωνος Ven. quoque. Post *ed. Bas.* add. 1. — Ὁ Στρομβίχου. Ven. quoque Ὀστρ. — §. 3. Ἐς τῶν ἐκείνων τι χωρίων item Cl. T. tacitusque m., non item Aug. secundum Bekk.]

Cap. XLVI. [§. 1. Ἦσαν δέ. Ven. ἦσαν δή. — Ἐνενήκοντα tacitus Aug. ac nunc Haack. — §. 3. Ἐπειδὴ δέ. Ven. quoque ἐπεὶ δέ. —] §. 4. Ἔστι δέ. Accentus causa huc respicit Char. in Bekk. Anecd. p. 1151. Bloomf. interpretatur *there is*, at Arn. et alii subiectum volunt esse τὸ Χειμέριον, ut portus Chimerium a promontorio distinguatur. — Λιμήν. p. 305. Add. Leak. Graec. sept. I. p. 232. III. p. 4 sqq. — Ὑπέρ. ἐπ' pr. etiam man. m. —] Ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι. [Ven. quoque Ἐλεάτιδι.] p. 306. Add. Leak. l. d. III. p. 9. — Ἐφύρα. p. 306. Ἐφύρη mirum est ita tueri Bloomf., ut in urbis, quae a Corinthiis condita videatur, nomine Ionicum η retentum videri dicat. De situ add. Leak. l. d. IV. p. 73. [Deinde ἐξίησι m. quoque, et probant Bloomf. et Dobr. — Tum ἐς θάλασσαν Ven. quoque. —] Ἀχέρων ἐςβάλλει. p. 306. Ἐςβάλλειν de fluviis male reiicit Thomas Mag. in ἐκβάλλει. Cf. Xen. Anab. I, 7, 15. Tum v. 5. ab ult post. *habet.* add.: Cf. eiusd. Graec. sept. I. p. 231 sq. et IV. p. 53. 94 sqq. — Ῥεῖ δὲ καὶ Θύαμις. p. 306 sq. Bloomf. nunc ex superioribus cogitari vult ἐς αὐτήν (τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην), et Thyamim non Calamam, sed Bassam vult esse. Bassam fortasse vocat Vuvó sive Paramythiae fluvium, qui inter Acherusiam paludem et mare cum Acheronte se coniungit. Sed is, qui

in paludem influere parum recte dicatur, Leakio est Cocytus, Thyamis Calamas. — Ἡ ἄκρα ἀνέχει. p. 307. Add. Bloomf. ad III, 51. Dobr. ad IV, 53. et de situ Leak. l. d. III. p. 5. — p. 307. v. 24. Add. Terentianum *apparatur* Eun. III, 5, 35.

Cap. XLVII. [§. 1. Μειχιάδης. m. quoque Μιχ. — §. 2. Λευκίμμη etiam Cl. Ven. — §. 3. Ἀεί ποτε αὐτοῖς φίλοι item Ven. tacitusque m. et nunc Haack.]

Cap. XLVIII. [§. 1. Ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν tacitus m., at Ven. ut Cl. —] §. 3. Τρία τέλη. p. 310. Rem ex tribus tribubus Corcyraeorum explicandam putat Muell. de Corc. Rep. p. 69. — §. 4. Κατὰ δὲ τὸ μέσον. Ἐτάξαντο ex §. 3. extr. intelligendum putat Bloomf. Nisi forte ἔχειν κατά τι idem valet atque εἶναι κ. τ. Cf. Ind. Xen. Anab. in ἔχειν.

Cap. XLIX. [§. 1. Τοξότας τε. τέ Ven. quoque om., sed de m. tacet Bekk. — §. 2. Ἦν τε —. Imitatur Procop. p. 356. ἦν δὲ ἡ ναυμαχία — ἰσχυρὰ, πεζομαχίᾳ ἐμφερὴς οὖσα. — §. 3. Προςβάλλοιεν. Προςβάλοιεν non improbabiliter mavult Bekk. Cf. VII, 70. ἐπειδὴ δὲ προςμίξειαν et VII, 63. ξυμπεσούσης νηΐ νεώς. — Πλήθους. τοῦ T. quoque om. —] Καταστάντες ἐμάχοντο. p. 311. Post *committebant* add.: Cf. Reimar. ad. Dion. Cass. p. 33. — [Διέκπλοι, Aug. et m. δίεκπλοι. —] Θυμῷ — ἐπιστήμῃ. De his contrapositis vid. Schweigh. ad Appi. III. p. 174. — [§. 4. Ἦρχον. Aug. et m. εἶργον. — §. 5. Μέχρι. καί om. etiam Ven. Tum ἐπεκβάντες exemplis tuetur Bloomf. —] p. 312. v. 8. leg. VIII, 5. — [§. 6. Μὲν οὖν. μέν m. quoque om. —] §. 7. Ἀπροφασίστως ἐπεκούρουν. p. 312. Ita Dio Cass. XXXVIII, 39. — [Ἐπεί Ven. quoque et tacitus m. ac nunc Haack. — Ἐγένετο nunc Haack., Ven. et Laur. ἐγίνετο. — Εἴχετο. Ven. ἤρχετο. At vid. II, 2. — Ξυνέπεσεν etiam Ald. et ed. Bas. Ξυνέπεσον Matth. Gr. §. 341., sed fortasse non consulto, quum sola ἐς τοῦτο ἀνάγκης illustret.]

Cap. L. §. 1. Τὰ σκάφη —. p. 314 sqq. Imitari Dionem vidimus I. 1. p. 365. De poetica circumlocutione σκάφος νεώς huc non referenda add. Rost. Gr. §. 97. 2. b. Tum p. 315. v. 8. et 7. ab ult. add. VI, 76. et Lob. ad Ai. v. 493. et v. 5. ab ult. pro *mersissent* leg. *laesissent*. — Πρὸς δὲ τούς —. p. 316. v. 16. verba *quanquam* — *statuere* dele. V. 17 sq. error nunc a Matth. correctus est. In numeris dactylicis frustra haesit Burges. Cf. VIII, 66. [μᾶλλον om. pr. man. m. — Αἰσθόμενοι. Ven. αἰσθανόμενοι. — §. 2. Ἐπεχουσῶν. In Aug. pr. lit. corr. — Αὐτῆς. ἑαυτῆς item Ven. Ald. ed. Bas. tacitique Laur. et m. Contra μεγίστη τῶν πρὸ αὐτῆς etiam Dion. Ant. p. 1771. et Dio Cass. L, 6. et in imitat. Eunap. p. 63. — §. 3. Προςκομίσαι. m. quoque κομίσαι. —] Τὰ Σύβοτα οἱ. Cf. Kritz. ad Sal. Iug. c. 66. (Ita adverbia ᾗ et ᾗπερ saepe apud Thuc. ad substantiva re-

Cap. XXXI. [§. 1. *Φυγάδων*. Ven. ut Cl. — *Οὐδενὶ* etiam Ven. T.] p. 563. v. 4. nunc dele interpositionem. — *Καὶ τὴν πρόςοδον — δαπάνη γίγνηται*. [In *ἐφορμῶσι* de m. tacet Bekk. Deinde Ven. quoque *αὐτοῖς δαπάνη σφίσιν*, m. secundum Bekk. *αὐτοῖς σφίσι δαπάνη*, Haack. nunc *αὐτοὺς δαπάνη σφίσι*. Denique *γίγνεται* item Ven. et ed. Bas.] p. 563 sqq. Addamus recentissimos conatus haec enodandi. Did. recepto *γίγνεσθαι* omnia ex *ἔλεγον* latenti in *παρῄνουν* pendere vult, hoc modo interpretatus: *elle serait d'une grande ressource, si on l'-enlevait aux Athéniens; en même tems eux Lacedémoniens en retireroient du profit, s'ils y tenaient une croisière.* Ergo perinde explicuit, ac si *εἶναι ἄν* vel *ἔσεσθαι* pro *οὖσαν* et *γενήσεσθαι* seu *γίγνεσθαι ἄν* pro *γίγνεσθαι* legeretur. „Malim *ἵν' ὑφέλωσι — ἵν' ἐφορμοῦσιν αὐτοῖς σφίσι δ. γ.*, *αὐτοῖς* i. e. Atheniensibus, *σφίσι* Lacedaemoniis. Vel *ἀποστήσωσιν* (*ἐλπίδα δ' — ἀφῖχθαι*) *καὶ — Ἀθηναίων ὑφέλωσι, καὶ ἅμα ἐφ. — γίγνηται.*" Dobr. At prior ratio iusto audacior est; altera est Schneideriana. *Ἅμα καὶ ἦν* pro *καὶ ἅμα ἦν* legi voluit Franz. *αὐτοῖς* ad Lacedaemonios et Iones (et Aeoles) referens, quod fieri posse infitiati sumus. Arndt. de pronom. reflex. usu p. 4. cum *ὅπως ἀποστήσωσι* iungens interpretatur: *atque praeterea si forte reditus illos, qui maximi essent, Atheniensibus eriperent, simulque si aggredientibus illis* (Atheniensibus) *se* (Iones) *sumptus fierent.* Sed primum si, quod Arndt. vult, *αὐτοῖς σφίσι δαπάνη* legimus, et optimarum membranarum auctoritatem spernimus, et exemplum horum pronominum in eodem casu alterius iuxta alterum positorum et divellendorum praeter lenius VIII, 73, 4. deest; sin *αὐτοῖς δαπάνη σφίσι* scribimus, *σφίσι* ex *ἐφορμῶσι* pendere multo minus videtur posse. Deinde *ἐφορμῶσιν* probabilius ex *ἐφορμεῖν* repeti vidimus; nam omnia ficta sunt, quae de verbi *ἐφορμᾶν* usu Thucydideo adnotat Goell. ed. II. p. 433., quum praeter dubium *ἐφορμηθέντες* VI, 49. nusquam reperiatur. Tum *ἦν* pro *ὅπως* dici posse, quia consilii significatio interrogatione indirecta contineretur, affirmans Arndt. dubitationes de eo p. 572. propositas non satis videtur refellisse. Goellero nunc *σφίσι*, cui in libris locus varius assignetur, glossema videtur esse. „Hoc igitur" inquit „pronomine deleto ita interpretor: *nemine enim inter Iones invito Peloponnesios venisse, si et hos maximos reditus Atheniensium tollant, et simul, quum (Athenienses) se obsideant, insuper ipsis (Atheniensibus) sumptus faciendi sint.* Sane probabiliter; nam et eandem quidem sententiam efficere et simul orationem magis concisam reddere videare, si *ἐφορμοῦσιν* legeris; sed sive *ἐφορμοῦσιν αὐτοῖς σφίσι δαπάνη γίγνηται* sive *ἐφορμοῦσιν αὐτοῖς δαπάνη σφίσι γίγνηται* scripseris, redit prima dubitatio supra Arndtio opposita. Ceterum p. 568. v. 25. pro *et possint et — soleant* lege solum *possint*, et in prox. versu: *quum αὐτοῖς σφίσιν, sibi ipsis, non minus recte quam αὐτοῖς ἡμῖν dicatur.* p. 569.

v. 16 sq. nunc tolle de Goell. dicta. p. 570. v. 10. leg. ἐφορμᾷν pro ἐφορμεῖν.

Cap. XXXII. [§. 2. *Καθορμ.* De m. tacet Bekk. — *Ἀνταιρομένους* etiam Ven. Ald. tacitusque Aug. — *Ὑπό* et *ἅ τε* Ven. quoque. — *Αὐτόν*. Ven. ut G. — *Τῶν φίλων πολεμίους*. Ven. ut Cl.]

Cap. XXXIII. §. 1. p. 575. v. 5. ante VI. add.: at is Salaminiam nominat. — *Περὶ Ἴκαρον*. p. 576. v. 8. pro *Goell.* nunc leg. *et.* Deinde v. 21. post *nominatur* add.: Athenienses forte in Delo versantes aut XXX naves, quae circa Peloponnesum fuerint, sinificari censet Haack. Tum v. paenult. add.: Similia disserens Did. etiam ex verbis c. 30. *πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι* apparere putat classem Peloponnesiorum Icari non esse conspectam; alioqui eam Alcidae non permissuram fuisse Embati consilia agere. Assentiuntur his Haas. in Ephem. antiqu. studior. 1836. m. Iul. p. 681 sqq. et Goell., qui etiam ex verbo *ἐπιδιώκειν* c. 69. init. *τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους* alios fuisse atque eos, qui sacris triremibus veherentur, intelligi affirmat. Et haec quidem ratio infirma est (cf. ibi et ad c. 108. adn.), sed reliquae graviores et ad vulgatam tuendam idoneae. — §. 2. *Ἀτειχίστου — οὔσης τῆς Ἰωνίας*. Ex primo bello Persico repetit Goell. cf. Herod. VI, 32. et Dahlm. l. d. I. p. 108. — §. 3. *Ὑπὸ σπουδῆς*. Cf. adn. ad V, 66. — [*Τέ* post *στρατ.* m. tacitus om.]

Cap. XXXIV. [§. 1. *Ἰδίᾳ* recte recepit Goell. Cf. adn. — §. 2. *Παρά*. *περί* etiam Ald. et ed. Bas. — *Τῶν βαρβάρων* etiam Ven. — *Ξυνεςελθόντες*. Ven. *συνελθ.* — §. 3. *Προκαλεσάμενος* tacitus Aug. — *Διατειχίσματι*. Ven. *τειχίσμ.*] p. 580. v. 10. del. *a.*

Cap. XXXV. [§. 1. *Ἔρεσον*. Ven. *Ἔρεσσον*. — *Μυτιληναίων* item Ven. Pal. — §. 2. *Τήν* post *περί* om. etiam Ven. m.]

Cap. XXXVI. §. 1. *Παρεχόμενον*. p. 582. Post *afferentem* add.: Cf. adn. ad c. 54. et Dobr., qui aliquando *προϊσχόμενον* coniecerat. [Deinde Ald. et ed. Bas. *τἄλλα*. — §. 2. *Προςξυνεβάλετο* Cl. T. Lugd., *προςξυνεβάλοντο* Ven., *προςξυνελάβοντο* γρ. Vat., *προςξυνελάβετο* Parm. Ad *abhorrere videtur* add. *hominibus doctis*, ne Goeller diutius nostri indicii inconstantiam criminetur.] p. 584. v. 9. ab ult. post *bei* add.: Ita Xen. Mag. Equ. 9, 4. *ἡ χρεία μεγάλην προθυμίαν συμβάλλεται*, ubi frustra *μέγα τῇ προθυμίᾳ* coniecit Curerius. Dativum pro *ἔς τι* cum *ξυμβάλλ.* iungi hic adeo negat Did., sed contrarium Cur. probavit verbis Poll. I, 215. — p. 585. v. 11. post *explicandum* add.: Goeller quidem adeo *ξυνεπιλαβέσθαι adiuvandi* vim habere infitiatur, sed ut *una cum aliquo partem rei suscipere* significare *aliquem in re adiuvare* et eo *rem gerendam ipsam adiuvare* per se apparet, ita exemplis paulo post prolatis satis demonstratur. (Ald. de

συλλαμβάνεσθαι interpr. Soph. Phil. v. 279 sq.) Deinde p. 586. v. 2. post *invenire* add.: Cf. tamen Bernh. Synt. p. 147. et Kuehn. Gr. §. 520. adn. 1. Tum v. 21 sq. leg.: *Nec singularis* — *scrupulum ullum relinquit. Quanquam quod* —. Porro v. 26. leg. 262, 1. Denique v. 28. extr. add.: item *μέγιστον ἐψευσμένη* VI, 17. ubi cf. adn. et *διάφοροι πλεῖστον* VIII, 96. — [§. 5. *Τοῦτο* om. Ven. —] §. 6. p. 589. v. 8. ab ult. post *πιθανώτ.* add.: ut Thuc. IV, 21.

Cap. XXXVII. [§. 1. *'Αδύνατον* etiam Ven. T. tacitusque m. — §. 2. *Πρὸς ἐπιβουλεύοντας* etiam Cl. Ven. T. *Προεπιβουλεύοντας* frustra coniicit Did. — *Οἱ* Ven. quoque om. — §. 3. *'Ημῖν.* De m. tacet Bekk. — *Κρείσσων* om. Ven. — *'Επὶ τὸ πλεῖον* Ven. quoque. — §. 4. *Τῇ ἑαυτῶν* Ven. quoque et taciti in Bekk. ed. ster. Aug. Pal. It. Vat., quod de It. Vat. ipsius silentio in exempl. mai., de Pal. a Morst. refellitur. —] p. 594. v. 24. pro 588. leg. 598. — p. 595. v. 12. ab ult. leg. *'Αγῶνι* pro *'Αγῶνα.*

Cap. XXXVIII. [§. 1. *'Αμύνασθαι* Ven. quoque. *Τἀμύν.* frustra coniicit Dobr. Cf. adn. —] *Τὰς μὲν* — *καθισταμένας.* p. 598 sq. Heilmanni errorem repetiit Osiand. *Τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφοράς* se non intelligere profitetur Dobr. In Arn. explicatione acquiescit Meyer „de nonnullis locis, qui leguntur apud Thuc." p. 6 sqq. et nunc Goell. Contra Did. *οὐ* recepit omnino necessarium esse affirmans. — *Τὸ πάνυ δοκοῦν.* p. 600. v. 17. post *exspectaretur* add.: Goell. tamen putat Cleoni ita loqui licuisse, quasi populus sententiam nondum mutavisset. Neque tamen —. [§. 3. *Αὐτή.* Ven. ut Cass. —] §. 4. *Κακῶς ἀγωνοθετοῦντες.* p. 601. Perperam Did.: *qui certaminum praemia male divisitis.* Quod de civitate modo dictum est. — [*Δρασθέν* etiam Ven. T. tacitusque m. Quae Did. contra disputat, iusta explicatione concidunt, quum *τῇ ὄψει* ad *δρασθέν* aut *θεαθέν* referri non posse docuerimus. — *Λόγῳ* Ven. quoque et tacitus m. Vulgatam inepte ita defendit Did., ut rem loquentem fingi dicat. —] *Μετὰ δεδοκιμασμένου.* p. 603. *Δεδοκιμασμένον* idem esse atque *δεδογμένον* frustra probare conatur Did. — §. 6. *'Ανταγωνιζόμενοι* —. p. 604. Nunc Goell. *δοκεῖν* ex *βουλόμενοι* vult pendere, *ἀνταγωνιζόμενοι* resolvens in *τῷ ἀνταγωνίζεσθαι.* Sed hoc modo et aequalitas membrorum nequicquam turbatur, et asperitas orationis augetur. — [*Τοιαῦτα* sine *τά* etiam Ven. et tacitus m. —] *'Οξέως.* p. 606. v. 26 sqq. Nunc Goell. *temerarie* interpretatur. Sed quis illos optasse, ut temerarie dixisse viderentur, crediderit? [Deinde *δ' ἔτι* male coni. Dobr. —] *Καὶ προαισθέσθαι* —. p. 606 sq. Goeller nunc *εἶναι* ex *προαισθ.* vult pendere interpretans: *es sei wirklich so, was gesagt wird.* Sed et concinnitas turbatur, quum in altero membro ex *προνοῆσαι* apta sint verba *τὰ* — *ἀποβησόμενα,* et *ὄντα* requiritur, si

vera sunt, quae de infinitivo post *ὤισθ.* posito docent Matth. Gr. §. 540. adn. 2. et Rost. §. 129. 4. c). Praeterea Goell. *τέ* in *γέ* mutandum esse coniicit; sed ut *καί* iungit *πρόθυμοι* (*ὄντες*) cum *βουλόμενοι*, ita *τέ* praeparat proximum *καί*.

CAP. XXXIX. §. 1. *Μίαν πόλιν.* p. 609. Errorem nunc correxit Goell. — §. 2. *Νῆσον δὲ οἵτινες* —. p. 609. v. 10. ab ult. add. IV, 80. VI, 33. 36., et v. 8. ab ult. post *dum* add.: Male Kühn. Gr. §. 785. 1. adn. [*Τριήρων* iam Ald. et ed. Bas. ac nunc Haack. —] *Ἐπανέστησαν* — *ἀπέστησαν.* p. 610. v. 16. extr. add.: Affert hoc eius exemplum, sed depravatum a librariis, Tiber. *περὶ σχημ.* VIII. p. 557. — [*Μέν γε.* Ven. quoque *μέντοι.* — §. 5. *Χρῆν.* Ven. quoque *χρή.* Deinde *διαφερόντως* non displicet Dobraeo, et recipi vult Dind. in Steph. Thes. —] p. 612. v. 10. ab ult. locus Steph. est I. p. 1554. ed. rec. — [§. 6. *Τραπομ.* nunc Haack. — §. 7. *Ὑπὸ τῶν* Ven. quoque et tacitus m. — §. 8. *Ἀποκεκινδυνεύσεται.* Ven. *ἀποκινδυνεύσεται.*]

CAP. XL. §. 1. *Προςθεῖναι.* p. 615. Hoc servandum videri, quia scriptor seorsum de Mytilenaeis loquatur, alterum, si in universum de sociis agatur, convenientius fore disputat Goell. Alterum recepit Did. Add. adn. ad c. 44. et 82, 8. — p. 615. v. 4. ab ult. Nunc Goell. erratum sustulit. — *Ξυγγνώμην.* p. 616. Goell. quoque vult esse *das Anerkenntniss*, quam notionem inesse nos negamus. [*Ἀνθρωπίνως* Ven. quoque. —] §. 2. *Οἴκτῳ.* Ab *ἐλέῳ* distinguere Doederleinium Synon. Lat. II. p. 171 sq. adnotat Goell., sed hic certe idem valere apparet. — [§. 3. *Τούς* ante *οὔτ'* om. Ven. Paulo post idem *ἠσθεῖσα βραχέα.* — *Παθεῖν εὖ.* Ald. et ed. Bas. *εὖ παθεῖν.* — §. 4. *Τοί* etiam Ven. et nunc Haack. — §. 5. *Ὑμῶν* item Ald. Steph. 1. tacitusque It. —] §. 6. *Ἐπεξέρχεται καὶ διόλλυται.* p. 620 sq. Doederleinium refutatum vide a Wex. apud nos ad VI, 12. — [*Ἀνάγκη.* Ven. quoque *δίκη.* — §. 7. *Ὑμῶν* item Ven. Ald. ed. Bas. Steph. 1. tacitusque It. — *Ἐγγύτατα.* Ven. quoque *ἐγγυτάτῃ.* —] §. 8. *Ζημιωσόμενον.* p. 624. Goell. appositionem vult esse vocis *παράδειγμα.*

Cap. XLII. [§. 1. *Νομίζω τε* item Ven. tacitusque m. Atque etiam apud Latinos particulas copulativas quum alibi tum post negationes ad contraria coniungenda legi docet Hand. Tursell. II. p. 494 sqq. — §. 2. *Διαβαλών.* De Pal. dicta confirmat Bekk., negat Morst. —] §. 3. *Χαλεπώτατοι δὲ* — *ἐπίδειξίν* [T. quoque et fortasse Cl. a pr. man. *ἀντίδειξίν*] *τινα.* p. 629. v. 21. ab ult. et sqq. *Ἐπίδειξιν* nunc Goell. quoque *orationem ostentandae artis causa habitam, artificium orationis*, vult esse. — *Ἄδικος.* Intell. *hominum iudicio.* Quare *δοκεῖ* subaudit „Krueg. ad Dion. p. 297." (Goell.) — [§. 4. *Πεισθείησαν.* *πεισθείη ἄν* mavult Dobr. —] §. 5. *Οὐχ ὅπως* —. p. 634. v. 2. post 150. add.: ubi nunc error correctus est p. 443 sq. ed. 14. — [§. 6. *Ἐπὶ τῷ.* Ven.

quoque ἐπὶ τό. —] . Ὁ τε μὴ ἐπιτυχὼν — τὸ πλῆθος. p. 634 sq. Mueller „de nonnullis locis apud Thuc." p. 11. sic interpretatur: *et qui non assecutus est, eadem de causa, gratus ex parte aliqua et ipse, studuerit multitudinem sibi conciliare.*

Cap. XLIII. [§. 1. Δὲ ὅμως Ven. quoque. — §. 2. Βουλόμενον. βουλευόμενον Ven. quoque. —] §. 4. Ἡμᾶς — σκοπούντων. p. 639. v. 12 sq. verba Δι' — *explanat* nunc om. Tum v. 8. ab ult. add.: Cf. etiam Meyer l. d., qui reddit verbis: *maiori cum circumspectione dicere, quam vestra est circumspectio, qui breviter et obiter res contemplamini.* — [§. 5. Ἐπισπόμενος item Cl. Ven. T. Tum ἦν τινα recepit Did.]

Cap. XLIV. §. 2. Ἢν τε — εἶεν. p. 640. v. 2 sqq. Vulgatam nunc Goell. putat retinendam esse, quod in eo miramur, in Did. non item. Ἔχοντας deleto εἶεν etiam Dobr. coniecit. Burg. sibi constat ad Proleg. p. 121. [Et ἔχοντας revera Cl., in quo pro εἶεν est ἦν, sed sup. ras. —] Καὶ τοῦτο —, p. 644. „Fort. hoc enunciatum est ex genere eorum, in quibus exitus magis est ad sensum factus, quam cum grammatica ratione initii conveniens, ut τἀναντία γιγνώσκω dixisse putandus sit pro eo, quod ad sensum non differt, καὶ τοῦτο — ἀντιλέγω μὴ ξυμφέρον ἔσεσθαι." Goell. Nolim huc referre dicta a Bernh. Synt. p. 106. — [Προσθεῖσι. Ven. quoque προσθ. Vulgatum tuetur etiam Goell. Ei optime respondet πρόκειται c. 45. init. — §. 4. Νῦν om. Ven. — Τάχ' ἂν Ven. quoque. —] Δικαιότερος —. p. 645 v. 7 sqq. Nunc Goell. pro pristina interpretatione hanc veriorem substituit: *denn da seine Rede gerechter ist,* (τὸ δίκαιον προβάλλεται Schol. c. 42.,) *so könnte sie gemäss eurem jetzigen Zorn gegen die Myt. euch leicht hinreissen.* — Τῶν δικαίων. p. 645. v. 8. ab ult. add. Demosth. de Cor. §. 7. et Casaub. ad Theophr. Char. c. 17. Sic *iusta* Ter. Phorm. II, 1, 50.

Cap. XLV. Toto loco optime hodie utare, si agitur de poena capitis abroganda. §. 1. Πρόκειται. p. 646. v. 23. post *Bloomf.* add.: Apud Xenoph. πρόςκειμ. recte tuetur Saupp. Hic autem πρόκειται plane respondet superiori προτιθέναι. Cf. de ξύγκειται ad I, 22. et de ἐςέκειτο ad VI, 32. dicta. [Ζημίαι πρόκεινται Ven. quoque, sed Cl. πρόκεινται ex emend., olim πρόκειται. —] §. 2. Τίς πω. p. 647. v. 22. post *nemo* add. *praeter Did.* — [Οἰκείαν. Ven. item οἰκεία. — Ξυμμαχία Ven. quoque. Qui cum Bau. faciat, ut Did., comparaverit adn. ad VI, 24. init. Tum Ven. item τούτῳ. —] §. 3. Προςτιθέντες p. 648. *Iniungentes* esse vult. Goell., quae notio hic parum apta. Cf. ad 43, 3. — [§. 4. Τόδε γε. Ven. quoque τόγε. —] Ἡ δ' ἐξουσία. p. 649. v. 24. leg. *magistratum*, v. 29. post *sit* add.: Cf. ad VI, 31. — p. 650. v. 13. ab ult. nunc om. Goelleri nomen. — §. 6. p. 652. v. 19. pro 1133. nunc leg. 1833 sq. Μετὰ πάντων — ἐδόξασεν. Goell. re-

cepto *αὐτῶν* [etiam ex Ven., sed de m. tacet Bekk.] verba interpretatur: *aliquid earum rerum in maius animo concipit.* Praestare videtur Arn. ratio ob causam in II, 29. Suppl. dictam. — [§. 7. *Ἄλλῳ τῳ* iam Ald. ed. Bas. Steph. 1.]

Cap. XLVI. §. 1. *Καταλῦσαι.* p. 656. v. 23. post Duk. add.: *Ἀπολύσασθαι*, non *ἀναλύσασθαι* aut *ἀναλῦσαι* Thuc. Cf. Dobr. ad V, 63. — [§. 2. *Γνῷ μή.* Ven. ut Cl. — *Ἄμεινον μέν. ἄμεινον ἂν* coni. Burg. l. d. p. 151. — *Παρασκευάσασθαι* etiam Ven. tacitusque m. —] *Παρατενεῖσθαι.* p. 657. Valetne potius *se cruciari pati?* De qua vi verbi *παρατείνειν* vid. adn. ad Xen. Cyr. I, 3, 4., de futuro secundo passive posito Rost. Gr. §. 114. adn. 1. et *φθερεῖσθαι* VII, 48., de ipsa hac vi passivi adn. ad III, 52. init. — [*Εἰ.* Ven. quoque *ᾗ.* — *Σχολῇ.* Ed. Bas. ut Ald. — §. 3. *Τὲ πῶς.* Ald. et ed. Bas. *τέ πως.* — §. 5. *Τἀναντία* Ven. quoque. —] §. 6. p. 660. v. 7. pro *minimis* leg. *paucissimis.*

Cap. XLVII. [§. 2. *Ἤ, ἐὰν — πολέμιος.* Haec proferunt Suid. in *ἐάν* et Lex. Bibl. Coisl. p. 233. ubi *πολεμίοις.* — §. 3. *Διαφθερεῖτε.* Ven. *διαφθαρεῖτε.* Tum idem *τῶν Μιτυλ.* —] *Παρέδωκε.* p. 661. v. 19. extr. add.: et secundum eum Hart. de Part. II. p. 233., cuius errores exagitavit Mehlhorn. in Suppl. Diurn. Hal. 1834. m. Nov. p. 812. — [*Ὑμῶν.* Ven. *ὑμῖν.* — §. 5. *Ξυμφορώτερον.* Ven. *ξυμφερότερον.* — *Ἐν αὐτῷ. ἐν τῷ αὐτῷ* coniicit Dobr. — *Δυνατόν.* Ven. ut Cl.]

Cap. XLVIII. [§. 1. *Μήτε* item Cl. Ven. Tum Ven. *παραινομένων.* — *Πείθεσθε.* Ven. quoque *πείθεσθαι.*]

Cap. XLIX. §. 2. p. 665. v. 11. post 112. add.: IV, 16. VII, 20. [*Δευτέρας. προτέρας* Ven. quoque.] p. 666. v. 19. post Haack. add.: Mehlhornio de Schem. *ἀπὸ κοινοῦ* p. 15., qui cum Bred. facit, obloquitur Sommer in Ephem. antiquit. stud. a. 1836. m. Ian. p. 105. — p. 668. v. 9. add.: Vel *ἑτέρας* vel *προτέρας* legendum esse etiam Goell. nunc censet, sicut nos. — *Προεῖχε δὲ ἡμέρᾳ* [*τε* etiam Ven. et tacitus m. om.] *καὶ νυκτί.* p. 668. Bloomf. *ἡμέραν* hic esse *νυχθήμερον* videtur existimasse. Rectius pro vv. *et prima luce proximi diei* legeris *et vesperi eiusdem diei*, et illa reposueris pro vv. *vesperi diei secundae concionis.* — *Οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ* —. p. 669. v. 2. leg. *ἄλφιτα* pro *ἄλευρα*, v. 9. post *refert* add.: Cf. adn. ad IV, 16., v. 11. post *ἀμολγαίῃ* add.: at vid. Buttm. Lexil. II. p. 44. [*Πεφυραμένα* Ven. quoque. — *Ὕπνον ᾑροῦντο.* „*Ἀντὶ τοῦ ἐκάθευδον.*" Tiber. *περὶ σχημ.* VIII. p. 565. huc respiciens, non, quod eius interpretes putant, ad II, 75. —] §. 4. *Παρὰ τοσοῦτον — ἦλθε κινδύνου.* Scriptoribus ita locutis add. Procop. p. 57. 115. 194. Porti explanationem probandam videri diximus ad VI, 37. Alteri et artificiosiori obstat quod Appi. II. 166. adduntur verba *αὐτὸς αἰχμάλωτος ὑπὸ μονομάχου γενέσθαι.*

Cap. L. §. 1. *Πάχης.* p. 672. v. 11. ab ult. add.: Cf.

Iacobs. ad Anthol. Animadv. III. 1. p. 112. Schneid. ad Aristot. V, 3. Plehn. Lesb. p. 61. et de morte Pachetis comment. in Mus. philol. Cantabr. II. p. 236 sq. Tum v. 10. ab ult. pro 7, 7. leg. 7, 17. — *Τοὺς λαχόντας* — *ἀπέπεμψαν*. p. 674. v. penult. add.: „Cf. Boeckh. l. c. p. 462 sq.“ Goell.

Cap. LI. §. 1. *Μένωαν* [*Μινώαν* tuetur Goettl. Doctr. accent. p. 139.] p. 657.. v. extr. add.: Vid. nunc Arn. II. p. 393 sqq. et apud nos ad IV, 67., ubi hodie promontorium esse demonstratur. — [§. 2. *Αὐτόθεν*. Ven. *αὐτῶν*. — *Βουδόρου*. Ven. *Βουδούρου*. —] p. 676. v. 11. ab ult. nunc dele vv. *Goell. cum*. — [*Τριήρων* item Ald. ed. Bas. Steph. 1. —] §. 3. *Ἑλὼν οὖν* —. p. 577. v. 25. Nunc Goell. pro *septentrionibus* substituit *ortum aestivum*, etsi hoc latus in altum mare spectaverit oportet. Nec ex tabula a Goell. delineata intelligitur, cur hoc latus rectius quam id, ᾗ *κατὰ γέφυραν* — *ἐπιβοήθεια ἦν τῇ νήσῳ*, vocetur (τὸ) *ἀπὸ τῆς Νισαίας*. Ceterum cum hac et proxima adnotatione cf. etiam adn. ad VIII, 90. — *Ἀπετείχιζε* — *τῇ νήσῳ*. p. 678. Nunc Goell. pro vv. *occasum solis* substituit *occasum aestivum*. Sed vid. antea dicta. — [§. 4. *Ὀλίγαις* ante *ἡμέραις* transponit Ven.]

Cap. LII. [§. 2. *Αὐτῶν τῷ*. Ven. *αὐτῷ τῷ*. — *Ἐδύναντο* etiam Ven. Ald. ed. Bas. Steph. 1. et taciti Aug. et Vat. Proximum *αὐτῶν* om. item Aug. Ven. —] §. 3. *Λέγοντα* — *οὐδένα*. p. 681. Goell. cum Port. consentit. — §. 4. *Εἴ τι* — *εἰργασμένοι εἰσίν*. p 682. v. 12. ab ult. pro *putat* nunc leg. *in ed. 1. putavit*. Similem autem quaestionem Romani bello Punico Capua capta proposuerunt. Vid. Liv. XXVI, 33.

Cap. LIII. [§. 1. *Ἐν ἄλλοις*. Temere Dobr. *ἂν ἄλλοις* coni. — §. 2. *Δεινοτάτων*. Ven. *δυνατωτάτων*.] p. 688. v. 7. nunc leg.: not. 5.

Cap. LIV. §. 1. *Παρεχόμενοι*. Cf. etiam ad c. 36. adn. [Deinde *καὶ τούς* Ven. quoque. —] *Δεδρασμένων*. p. 692. *Δέδραμαι* tamen Aristoph. et aliquoties Eurip. Vid. Steph. Thes. De *ἐδράσθην* add. Lob. ad Soph. Ai. v. 704. p. 317. — §. 2. *Φίλους δὲ νομίζοντας*. p. 693. Cum Arn. nunc Goell. quoque facit. — [§. 4. *Μετίσχομεν*. Forsitan malis *μετείχομεν*· vid. tamen Schmidt. Doctr. temp. III. p. 29. —] §. 5. *Φόβος περιέστη τ. Σπ.* p. 693. Add. adn. ad VI, 61. et VIII, 1. [*Εἱλώτων* item Ald. ed. Bas. Steph. 1.]

Cap. LV. §. 2. *Οὐδὲν ἐκπρεπέστερον*. p. 695. Add. adn. ad I, 38. — §. 4. *Εἴ τι* — *ἐδρᾶτε*. p. 697. Goeller, ut vulgatam defendat, belli gerendi rationem profectam esse ab Atheniensibus et Lacedaemoniis, at in ipso bello multa fieri, quorum culpa in duces conferri non possit, admonet. Sed agitur de rebus mandatis, *περὶ τῶν παραγγελλομένων* et ἃ *οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι ἐξηγοῦντο*, quae si scelesta erant, sane ducibus, non iis, qui parebant, erant vitio vertenda.

Cap. LVI. [§. 2. Ὀρθῶς sine τέ Ven. quoque. —] Ἱερομηνία. p. 699. v. 6. ab ult. post *Goell.* add.: [„At non satis attendisse videntur viri docti Graecorum ab hodierna diversam dierum noctiumque discernendarum rationem. Quum enim nos civilis diei initium a nocte media ad mediam noctem computare soleamus, Graeci illud a solis occasu ad occasum ponebant." Clariss. p. 8. l. d. —] [§. 3. Ὄντες. Ven. εἶναι. — §. 5 Ἡμάρτηται sine τί Ven. quoque. —] Ἐπῃνοῦντό τε — βέλτιστα. p. 701. Did. quoque αὐτοῖς receptum cum ξύμφορα iungit, ἔφοδός τινι pro τινός dicendi genus parum Graecum esse affirmans. Et id quidem non concedimus. Cf. I. 1. p. 125. et Rost. Gr. §. 105. 6. Sed Goell. nunc dativum et ad ξύμφορα et ad ἔφοδος referens, et verba interpretans *das Nützliche für sich in Bezug auf den Angriff auf sie (die Griechen)*, pronomine simul et τοὺς ἐπαινουμένους τῶν Ἑλλήνων et Ἕλληνας universos significari fingit, quod apparet fieri non posse. Recte igitur nunc Bekk. quoque αὐτοῖς. — [§. 7. Ταὐτά. Ald. et ed. Bas. ταῦτα. —] Ἡ τῶν ξυμμάχων — καθιστῆται. [Ὑμῖν item Aug. Ven., καθίστηται Ven.] p. 704. v. 14 sq. pro *quamquam* — *verbis* leg. *praeterquam quod alibi quoque (cf. ad.* VII, 69.) *tertia persona pluralis pro nostro man non in solis verbis* — p. 706. v. 6. post *legeretur* add.: Et κἂν τὸ παραυτίκα που μὴ ὠφέλ. καθιστῆται coni. Dobr., sane bene, nisi maior esset mutatio. v. 18—21. dele vv. *et quod* — *valeat* cl. adn. ad VIII, 87. Tum p. 707. v. 11 sqq. nunc a Goell. ἔχουσι receptum esse scito.

Cap. LVII. §. 1. p. 709. v. 3. ab ult. leg. 303. et add. Hart. de Part. II. p. 173. — [Αὐτοὺς post ὄντας transponit Ven. —] §. 2. p. 710. v. 5. ab ult. add. IV, 12. 32. VI, 53. — [§. 3. Ἀπωλλύμεθα Cl. item.] p. 712. v. 7. pro *adn.* 2. nunc leg. *adn.* 5. atque add. adn. ad III, 84. — Θανάτου κρίνεσθαι. Additum vulgo δίκῃ Did. male iis exemplis Thucydideis tuetur, in quibus non adiecto genitivo poenae δίκῃ κρίνεσθαι longe alia vi legitur, ut I, 39. IV, 122.

Cap. LVIII. [§. 1. Καμφθῆναι Ven. quoque. —] Τήν τε [Ven. τὴν δέ] δωρεὰν ἀνταπαιτῆσαι —. p. 717. Αὐτοὺς ad Thebanos, quo Dobr. quoque refert, spectare posse Did. ideo negat, quia Lacedaemonii illo tempore nondum quicquam Thebanis gratificati sint. Non intellexit igitur verbum ἀνταπαιτεῖν, quod, ut Thebani a Lacedaemoniis gratiam postulaverint, ita Lacedaemonios a Thebanis debere significat. Ipse Did. αὐτοὺς male ὑμᾶς explicat comparans extr. par., ubi valet ὑμᾶς αὐτούς, non solum ὑμᾶς. v. 6. ab ult. nunc dele nomen *Goell.*, et v. 3. ab ult. post *malim* add.: nam Lacedaemonii iudices constituti necandi facultatem habebant, non Thebani. — Σώφρονα — κομίσασθαι χάριν. p. 718. Perperam Goell.: *wir bitten euch, dass ihr euch eine vernünftige Gefällig-*

keit erweisen lasset, statt eine schändliche zu erweisen. Ἀντὶ αἰσχρᾶς debet esse ἀντὶ τοῦ κομίσασθαι αἰσχράν, non ἀντὶ τοῦ δρᾶν αἰσχράν. Αἰσχρὰ χάρις est Thebanorum pro interfectis Plataeensibus. [Αὐτούς. Ven. ut Cl. — §. 4. Ven. quoque τὸ ἐναντίον. —] p. 720. v. 3. leg. *plural. pro singul.* — [§. 5. Τὴν Πλαταΐδα Θηβαΐδα ποιήσετε. Huc respicit Longin. περὶ ὕψ. IX. p. 596. liberius verba proferens. — Εἰσαμένων. ἑσαμένων Ven. quoque. —] p. 721. v. 5. ab ult. ante *existimatum* add. *non*.

Cap. LIX. [§. 1. Οἴκτῳ σώφρονι etiam Cl. tacitusque m. Add. Kühn. Gr. §. 557. b. a) Dativum οἴκτῳ cum φείδεσθαι et ἐπικλᾶσθαι τῇ γνώμῃ iungi posse male negat Did. Cf. Matth. §. 397. — Κατανοοῦντας. κατανοοῦντες etiam Cl. Ven. T. — Ὧι τινι. Ven. quoque ὃ τινι, non male. — Ἀναξίῳ Cl. quoque et Ven. — §. 2. Προφερόμενοι. Etiam Ven. προσφερ., sed de m. tacet Bekk.] p. 726. v. 1 sq. leg. *activum quoque c. 64. inveniemus, et* V, 26. *et alibi pass.* — Ibid. v. 8. ab ult. post 231. add.: et de significat. p. 255. — [Μετ' αὐτῶν. μεθ' ἑαυτῶν Ven. item. In vulgata ideo offendit Goell., quia, si αὐτῶν referatur ad patres Spartanorum, ii, qui loquuntur, aequales praesentium Lacedaemoniorum cum illis adversus communes hostes non pugnaverint. Sed ii, qui haec dicunt, de se ut de populo Plataeensium loquuntur. [— §. 3. Γὰρ ἄν. ἄν om. Ven. —] Τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ. p. 727. v. 10 sq. Add. Sal. Fragm. III, 11. *fame, miserrima omnium morte*, Liv. XXVII, 44. *fame et frigore, quae miserrima mortis genera sunt*, qui idem XXI, 41. *ultimo supplicio humanorum fame.* v. 15. nunc leg. 1059. — [Καταστήσαντες etiam Cl. Ven. T. — Οἱ ante προθυμότατοι om. etiam Ven. T. — Γενέσθαι δέ Ven. quoque.]

Cap. LX. [Αὐτῶν. Bekk. αὐτ.]

Cap. LXI. [§. 1. Αὐτῶν Ven. quoque. — Ἠτιαμένων taciti quidem omnes Bekkeriani praeter m. in ed. ster., sed falso; id quod de Pal. ex reliquis collationibus, de It. et Vat. ex silentio exempl. mai. intelligitur. Vulgatum ex αἰτιάζομαι ductum putat Did. At cf. adn. ad Schol. —] Ἵνα μήτε — ὠφελῇ. p. 731. Add. Matth. Gr. §. 466. adn. 3. — [§. 2. Πρῶτον etiam Ven. T. tacitusque m. Cf. c. 3. — Ἔσχομεν. Ven. ut Cl.]

Cap. LXII. [§. 2. Ἰόντων Ἀθηναίων Ven. quoque. —] §. 3. Κατ' ὀλιγαρχίαν ἰσόνομον. p. 734. Mirum est Goellerum, si nostra explicatio vera esset, scriptorem paulo post dicturum esse Thebis eam formam imperii fuisse, quam hic fuisse negaret, asseverare. Ubi tandem id postea affirmatum est? Principatus Attagini eiusque assectatorum minime fuit talis ὀλιγαρχία ἰσόνομος, qualem diximus, et qualis legitimus fuit Thebanum status, sed fuit δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν, quam ὀλιγαρχίας ἀριστοκρατικῆς παρατροπήν et ὑπερ-

φρονα sive *τυραννικὴν ὀλιγαρχίαν* esse docuimus. — *Τῷ σωφρονεστάτῳ*. p. 735. Did. solum *νόμοις* cum *ἐναντιώτατον* iungens *καὶ τῷ σωφρ.* interpretatur *etiam moderatissimi hominis iudicio*, quae sententia salva perspicuitate his verbis exprimi hic non potuit.

Cap. LXIII. §. 1. *Ἀξιώτεροι*. p. 736. Arn. ad comparativum explicandum Thebanos inde a bello Persico poena dignos et sententiae, quam Graeci foederati de barbarorum sociis tulissent, obnoxios visos esse admonet. At Thebanos cogitare non licere se dignos poena confessos esse respondet Goell. — §. 2. *Ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ τιμωρίᾳ*. p. 736. Ad Bloomfieldii explicationem tuendam Arn. quidem comparat I, 69. *αἱ ὑμέτεραι ἐλπίδες* et I, 77. *τὸ ἡμέτερον δέος*; at etsi constat pronomina possessiva interdum pro genitivis obiectivis poni, non item constat *τιμωρίαν τινός* unquam obiective significare *auxilium contra aliquem ferendum*, quamquam, quum *ἐπικούρημα* et *ἐπικούρησις* ita legi ex Matth. Gr. §. 354. notum sit, Bloomfieldii explanationi historiae et verbis Plataeensium c. 55. congruentiori iam favemus. [*Χρῆν*. Ven. *χρῆ*. — *Ἐπάγεσθαι* olim habuit Cl. atque nunc ipse Arn. probat ad VII, 46. ubi add. adn. Recepit adeo Did. — *Ὑπάρχον γε* T. quoque et Did. Male Dobr. *τέ* servato deinde *εἴ τε καί* legit. — *Ἱκανή γε*. *γάρ* male recepit Did. ut §. 4. *οὐκ αἰσχρόν*. — *Τὰ Ἀθηναίων* etiam Ven. T.] p. 740. v. 15. ab ult. pro l. I. leg. l. II.

Cap. LXIV. §. 1. *Ὑμεῖς δέ*. Valde hic nugatur Did., haec, quae superiori *Ἀθηναῖοι* contraria esse apparet, redundare dicens et hoc atque alia vitia sermonis indignatione Thebanorum excusans. — §. 2. p. 741. v. 5. ab ult. post *Blum.* add.: Cf. Saupp. ad Xen. de Vectig. 4, 13. Kühn. Gr. §. 787. adn. 1. — [§. 3. *Ξυνωμοσίαν*. Ven. *ξυνομοσ*. — *Περιτειχίζεσθαι*. *περιτειχίζεσθε* Ald. et ed. Bas. — *Μηδ' ἑτέροις* T. quoque. — §. 4. *Οὖν* Ven. quoque om., necessarium indicat Did. — *Ἐπεδείξατε*. *ἀπεδείξατε* coni. Did. — *Ἀεί* Ven. item. — §. 5. *Ἡμέτερόν τε*. Ven. ut Gr.]

Cap. LXV. §. 1. *Ἱερομηνίαις*. p. 743 sq. Goeller plurali sanctitatem diei significari arbitratur, ut sit ille pluralis, de quo explicat Rost. Gr. §. 97. 3. b. ββ. [Tum *μᾶλλον ὑμῶν* Ven. quoque. — *Ἁμαρτεῖν* etiam Cl. Ven. T. tacitusque m. — §. 3. *Αὐτῶν*. Ven. quoque *αὐτῶν*. —] *Τὴν πόλιν τῶν σωμάτων οὐκ ἀλλοτριοῦντες*. p. 747. v. 18. ab ult et sqq. Nunc Goell. translationem *ab urbe cives non abalienantes*, *der Stadt den Dienst der Bürger* (adversariis expulsis) *nicht entziehend*, substituit, bene comparans I, 40. *καὶ ἄλλου ἑαυτὸν οὐκ ἀποστερῶν*, ubi pariter exspectaremus *καὶ ἄλλον ἑαυτοῦ οὐκ ἀποστερῶν*. Atque *ἀλλοτρίωσιν* Schol. interpretatur *στέρησιν* I, 35. Cum verbis Sap. Sirach. cf. Theodoret. in Steph. Thes. s. *ἀλλοτριόω*.

Cap. LXVI. [§. 1. *Τὰ πάντων* etiam Cl. et T. — §. 2.

῾Υμῶν. Ven. quoque ἡμῶν, sed Cl. ex emend. — *Νεωτερίσαι* etiam Cl. Ven. T. De vulgata mire halucinatur Did. — ῾Ομοίως. Ven. ὁμοία. —] §. 3. p. 750. v. 4. post 29. add.: et supra ad c. 53. Deinde v. 14. post Bloomf. add.: Cf. etiam ad V, 83. Tum v. 15. nunc del. vv. *male Goell. et.* Denique v. 11. ab ult. leg. *sustulit Bekk.* deletis verbis *et Goell.* [Οὖκ cum accentu etiam Cl. et T.]

Cap. LXVII. §. 2. [*Εἴ τις — ἐγένετο* item Ven. T. —] p. 752. v. 4. pro 1134. nunc leg. 1334. — [§. 4. *Τὰ ἐναντία.* Ven. τἄναντία. —] §. 5. *᾿Ανταποδόντες.* p. 752. Dobr. quoque ἂν additum cupit, Did. suo more leges grammaticas negat semper observari. — *Καὶ οὐχὶ — φασίν.* p. 753. Goeller ne *ἀνταποδόντες* quidem bene cum *παρηνόμησαν* cohaerere posse, quia non apte diceretur *peccaverunt, quod vices reddiderunt,* ratus nunc interpunxit *τιμωρίαν (ἔννομα γὰρ) πείσονται,* quod *πείσονται* bis vult cogitari. Sed et hoc durissimum est, et in vulg. distinctione Goell. neglexit negationem, quum sane optime dicatur *peccarunt, quod vices non reddiderunt,* aut scriptura mutata *rependere nolunt.* — [§. 6. *Τοὺς ἀγῶνας* etiam Ven. T. Tum ille *προςθήσοντες.* —] §. 7. *Κεφαλαιώσαντες* — p. 753. Goell. vult. esse *in einem Falle alle einschliessend,* sive *einen Fall für alle gelten lassend, sine ullo personarum respectu et sine exceptionibus severe et constanter in omnes agendo;* quae vis verbi exemplis VI, 91. et VIII, 53. minime probatur.

Cap. LXVIII. [§. 1. *Τοιαῦτα δέ* Ven. quoque. Tum ἀγαθόν sine τί etiam Ven. et T. — *Τὸν Μῆδον.* Cf. *post Cremonam* Tac. Hist. III, 49. — *῞Α.* Aut hoc aut proximum ὡς, et hoc libentius, deleri vult Dobr. Fortasse in *Α* latet *ΔΗ* per compendium scriptum. — *Προείχοντο* Ven. quoque, *παρείχοντο* frustra Did. —] p. 756. v. 13. ab ult. add.: Nunc Goell. quartum hoc obloquitur, si verba *ἡγούμενοι — πεπονθέναι* ad Lacedaemonios referantur, absurdum esse, quod inde consequatur; si enim Lacedaemonii se *ἐκσπόνδους* esse existimarint, non eam posse idoneam rationem esse, cur se incuriam passos esse dicant a Plataeensibus. At *ἔκσπονδοι* non intelligendum *quia ἔκσπονδοι sint,* sed *se, qui (seu dum) nulla societate adstricti sint, qua ad parcendum illis permoverentur.* Erant autem *ἔκσπονδοι,* quia Plataeenses conditiones ab Archidamo oblatas spreverant, minime, quod Goell. dicit, quia Plataeenses Atheniensium auxilia adversus Thebanos imploraverant, quam rem ante Pausaniae aetatem factam esse constat. — *῾Ηγούμενοι — πεπονθέναι.* p. 757. v. 26 sqq. scito ad Plataeenses haec etiam a Reisk. et Osiand. relata esse, ex quibus ille verbis *ex ipsorum iustitiae observatione,* hic *nach eigenem rechtsgültigen Beschlusse* reddidit. Tum v. 30. adde Heilmanni gravem errorem iterare non veritum esse Didotium, qui insuper pro *δικαίᾳ* audacter *οἰκείᾳ* scri-

psit. — *Αὖθις — παραγαγόντες καὶ ἐρωτῶντες.* p. 758. De schemate *διὰ μέσου* add. Lob. ad Soph. Ai. v. 477. et Wund. in cens. ed. Lobeck. p. 131 sq., de *παράγειν* adn. ad VIII, 53. — [*Ἀπέκτεινον.* Ven. *ἀπέκτειναν.* — §. 2. *Πλαταιῶν* Ven. quoque, qui §. 3. *ἐκπεπτοκόσι.* —] *Πανταχῇ κύκλῳ.* p. 760. v. 17. post *ringsum* add.: [? cf. ad script. discr. et VII, 79.] — *Κάτωθεν καὶ ἄνωθεν.* p. 760. De terminatione *θεν* cf. adn. ad II, 102. et VI, 99. — *Ἐν τῷ τείχει.* p. 761. Goell. cum Bloomf. facit et exemplum alterius significationis desiderans, quamquam non dissimilia sunt verba I, 68. extr. *ἐς τὸ τεῖχος κατέφυγεν*, nec lectos totos e ferro aut aere factos esse, et *τοῖς ἄλλοις — τείχει* valere *reliquis, quae invenerant in muro*, admonens. — *Κλίνας.* ibid. Cum Bloomf. consentit Goell., quem vide. Non vulgares lectos fuisse ex materie intelligimus. Sunt lecti aerati seu triclinia aerata Latinorum. Vid. interpr. Liv. XXXIX, 6, 7. — [§. 5. *Ἐτελεύτησεν* etiam Cl. Ven. T. Ald. ed. Bas.]

Cap. LXIX. [§. 1. *Ἀθηναίων* Ven. quoque. —] *Ἐπιδιωχθεῖσαι.* p. 763. v. 17. extr. add.: Cf. adn. ad c. 108. Aliter Goell. ad c. 38. [Proximum *καί* Did. delere non est veritus. Tum *τρεισκαίδεκα* taciti It. Vat. in Bekk. ed. ster. —] §. 2. *Πρὶν δὲ — προφθάσωσι.* p. 764. v. 11. ab ult. post *erant* add.: Quod ipsum tam perspicuum esse dicit Goell., ut scriptori non opus fuerit dicere *ὅπως προφθάσωσι καὶ τὴν πόλιν προςποιήσωνται.* — [*Ἀλκίδας.* *Ἀλκείδας* etiam Ald. et ed. Bas.]

Cap. LXX. §. 1. *Τῷ μὲν λόγῳ — διηγγυημένοι.* p. 765. v. 12. ab ult. post *Recte* add.: Alterum tamen praetulit Reisk.: *posteaquam illi captivi suo quisque proxeno de summa* 800 *talentorum satis dedissent.* — *Ὀκτακοσίων ταλάντων.* p. 766. Iis, quae hic disputata sunt, adde Demosthenis milites in Sicilia captos singulis talentis redemptos esse VII, 83., unde ut iusto maiorem esse numerum *ὀκτακοσίων* forsitan conicias, ita minorem esse *ὀγδοήκοντα* constat. — [§. 3. *Πειθίας.* In inscript. Corcyraea apud Boeckh. II. p. 37. leg. *ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΥ ΠΕΙΘΕΙΑΣ.* Cf. Xen. Hell. —] *Ἐθελοπρόξενος.* p. 767 sq. Miram vim vocabulo affingit Did. volens esse eum, qui sua sponte civitatem ab urbe peregrina petiverit. — *Τοῦ δήμου προειστήκει.* p. 768. v. 18. extr. add.: Cf. etiam Arn. ad VI, 35. et Muell. de Corcyr. Rep. p. 49 sq. [Tum *ἐς* Ven. quoque. — §. 4. *Τοῦ τεμένους* Ven. quoque. —] *Χάρακας.* p. 769. v. 19. post *acuantur* add.: [Obloquitur tamen Goell. in Germania et Gallia utique fulcra fieri vitibus ex ligno querno admonens. Quod quum non neget Bloomf., unum hoc idque pusillum quaeritur, sintne illa statumina facta in ipso *τεμένει* an materie inde absportata.] — *Ἀλκίνου.* p. 770. v. 17. ab ult. post Duk. add.: Alcinoi *τέμενος* Corcyraei fortasse id putarunt esse, cuius mentionem facit Hom. Od. VI, 293. De Alcinoi et Iovis coniunctione cf. Muell.

de Corcyr. Rep. p. 56. — *Στατήρ.* p. 771. v. 2 sq. Errorem nunc correxit Goell. — [§. 5. *Ὀφλόντων. ὀφειλόντων* Ven. quoque. — *Διὰ πλῆθος* Ven. item. —] *Ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν.* p. 771. Contra Duk. disputat Did., et verum est a Duk. prolata exempla III, 50. (ubi vid. adn.) et I, 99. non esse apta, I, 117. autem verba *κατὰ χρόνους* esse addita. Sed *ταξάμενοι*, *facta pactione*, de paciscendo super diebus, quibus penderetur, maxime dictum est. Male Did. fere ut Kistem.: *constituta certa pecuniae summa.* — §. 6. *Ἐπειδὴ τῷ νόμῳ ἐξείργοντο.* p. 772. v. 22. et v. 25 sqq. Nunc Goell. ad Schol. et Kistem. explanationem transiit. p. 773. v. 6. pro 13, 4. leg. 13, 5. Tum post Arn. add.: Qui debebat dicere: *quum lege cogerentur; adstricti essent.* Ita certe Herod. l. d. Vid. Steph. Thes. v. *ἐξείργω.*

Cap. LXXI. [§. 1. *Μηδετέρους.* Ven. quoque *μηδ' ἑτ.* —] §. 2. p. 774. v. 6. ab ult. post *Frustra* add. *olim.* — *Ἐπιστροφή.* p. 775. „Ne cum Didotio intelligas *animadversionem (damit die Athener nicht aufmerksam gemacht würden)*, vetat vocula *τίς*, quae sic abesse deberet." Goell., qui nunc vult esse talem rerum conversionem, unde Corcyraei ab partibus optimatum ad partes Atheniensium converterentur. At talem conversionem eos Corcyraeos, qui Athenas confugerant, quam maxime desideravisse iam respondimus.

Cap. LXXII. [§. 2. *Τῶν Κερκυραίων* Ven. quoque et tacitus m. — *Τριήρους.* Ven. *τριήρων.* — §. 3. *Ἱδρύθη* Ven. quoque et tacitus Pal. in Bekk. ed. ster., sed contra Frommel. et Morst. —] *Τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα.* p. 776. „Hic non potest alius portus esse, quam qui hodie dicitur *Porto Spilea*, in septentriones obversus ab isthmo atque peninsula, in qua urbs sita est." Goell., qui portum Gouin et remotiorem dicit ab arce, et ipsum continenti atque orienti obversum. — *Τὸν λιμένα τὸν πρὸς αὐτῇ* [ita Ven. quoque] —. p. 776. Alcinoi portum vocari docet Muell. de Corc. Rep. p. 4., qui a v. 9. ab ult. et sqq. dictis dissentit. Scylacis *κάλλιστον* esse portum fori consentiens Goell. *περιπλεῖσαι* c. 81. refert ad navigationem circum promontorium *St. Nicolo* faciendam. — v. 5. ab ult. et prox. Nomen a fluvio *St. Barbara*, qui olim Hyllus appellatus sit, quae, quum veterum nemo fluvium Hyllum noverit, est prorsus inanis coniectura, repetit Goell., ab Hyllensi tribu Doriensium Boeckh. Inscr. II. p. 23. Cf. tamen Muell. l. d. p. 4. et 58. Tum p. 777. v. 6 sq. leg. Hist. Gr. VI, 2, 7., v. 12. leg. XVI, 9., v. 18. post *Virgilii* add. Aen. III, 291., denique v. 21. extr. add.: De arce tum audiendum negat Muell. l. d. p. 5.

Cap. LXXIII. *Τοὺς ἀγρούς.* „Hi agri sunt eadem regio, quam Xen. l. c. dicit *τὴν χώραν* et Inscr. nr. 1480. ap. Boeckh. vol. II. *τὸ πεδίον.* Sita erat ab occasu urbis, inter urbem et Istonen montem." Goell.

Cap. LXXIV. §. 2. *Χρήματα.* Add. adn. ad I, 49. V, 115. — [§. 3. *Ἡσυχάσοντες* recepit Did. *ὡς ἑκάτεροι* ut *ὡς ἕκαστοι* dici negans.]

Cap. LXXV. [§. 1. Ven. quoque *Μεσηνίων* et §. 2. *αὐτοῦ.* —] §. 3. *Διοςκούρων.* p. 781. Cf. de hoc templo Muell. de Cor. Rep. p. 58. Idem esse, quod Inscr. no. 1874. ap. Boeckh. vol. II. memoretur, infitiatur Goell. — §. 5. *Ἡραῖον.* [Immo *Ἥραιον.* Cf. Suppl. I, 24.] p. 781. Add. Muell. l. d. p. 5. adn. 7. Fuisse in dextro latere portus Hyllaici ex c. 81. colligit Goell. — *Τὴν* — *νῆσον.* p. 781. v. 7. ab ult. add.: Reliquarum parvarum insularum ulla quoniam quadringenti homines vix recipiantur, Ptychiam esse probat Prokesch. Comment. I. p. 33. At *Condilonisi*, de qua insula vid. I. 2. l. d., vult esse Goell. — p. 781. v. ult. add.: *Νηῶν* Schol. IV, 121. — p. 782. v. extr. add.: Cf. adn. ad IV, 22.

Cap. LXXVI. [*Ὅςπερ* item Ald. et ed. Bas. — *Λιμένα τῆς ἠπείρου.* De m. tacet Bekk., *λιμένα τῆς ἀντιπέρα ἠπ.* marg. Steph. 1. — *Σύβοτα.* Ven. *Σύβλοτα.*] p. 782. v. 19. post *Goell.* add.: [qui nunc nobis assentitur.]

Cap. LXXVIII. [§. 1. *Αὐτούς.* Ven. *ἑαυτ.* —] §. 2. *Ἀθρόαις μὲν οὐ προςέβαλον.* p. 784. Levesquium sequitur Dobr. comparans IV, 11. *τῷ στρατῷ προςέβαλε*, IV, 43. init. *τοῖς ἄλλοις ξυνέβαλε.* Addit quidem fortasse post *μέσον* distinguendum esse, ut *ἀθρόαις* iungatur cum *ταῖς* — *τεταγμέναις*· sed prius verum esse affirmat. — §. 3. p. 784. v. ult. add.: *retro navem inhibere* Liv. XXVI, 39.

Cap. LXXIX. [§. 1. *Πάλιν* Ven. quoque. — §. 2. *Τριςκαίδεκα δέ* Ven. quoque. — §. 3. *Τῇ δ' ὑστεραίᾳ* — *ὄντας.* Profert script. incert. in Rhet. Walz. VIII. p. 646. — *Λευκίμμην* Ven. item.] Sic leg. p. 787. v. 1.

Cap. LXXX. [§. 1. *Ἐςβῆναι* Ven. quoque. — *Προςδεχόμενοι τὸν ἐπίπλουν* in ed. ster. ex solo marg. Aug. enotavit Bekk., in Pal. tamen deesse nec Fromm. nec Morst. testantur. —] *Ἐφρυκτωρήθησαν.* „Recte Did. iungit cum *ἀπὸ Λευκάδος*, quia, si Athenienses iam Leucade profecti fuissent, prope Corcyram fuissent, priusquam classis Peloponnesiorum Leucadem pervenire et trans isthmum portari po[sset, quod dicuntur fecisse, *ὅπως μὴ περιπλέοντες ὀφθῶσιν.*]" Goell.

Cap. LXXXI. [§. 2. *Τούς τε. τέ* om. Ven., in quo *Μεσηνίους.* —] *Λαβόντες.* p. 789. v. 2. pro 552. leg. 558. — *Τῶν ἐχθρῶν* — *λάβοιεν.* ibid. Goell. cum Bloomf. facit ob vv. *ἐν ὅσῳ περιεκομίζοντο* et ob 85, 2. narrata. Nos ideo sprevimus, quia universi Corcyraei subiectum sunt participii *κελεύσαντες* et praecedentium verborum. Potuit tamen hic, ut alibi, ob interposita *ἐν ὅσῳ περιεκομίζοντο* scriptor transire ad *τοὺς περικομιζομένους.* —

[*Ἀπεχρῶντο* Ven. hic omnibus praestantior et Did. — §. 4. *Οἱ* ante *Κερκ.* Ven. quoque om. Tum idem *τοὺς δοκοῦντας ἐχθρούς.* — *Χρημάτων* — *λαβόντων* exscripsit Cantac. III, 28. p. 177.] v. 793. v. 17. ab ult. pro *collocata* leg. *fenore data.* — p. 794. v. 13. pro 48. leg. 43. — §. 6. *Οὕτως ὠμή* — *ἐγένετο.* Cantac. l. d. *οὕτω χαλεπὴ στάσις ἐξαρχῆς εὐθὺς ἀνήφθη, ἔδοξε δὴ* (leg. *δὲ*) *καὶ μᾶλλον χαλεπωτέρα ἐκ τοῦ πρώτη παρ' αὐτοῖς γενέσθαι.*

Cap. LXXXII. §. 1. Initium imitatur Cantac. l. d. *ἐπεὶ ὕστερόν γε καὶ πᾶν τὸ Ῥωμαϊκὸν κ. τ. λ.* — *Διαφορῶν* —. p. 797. v. 1. nunc dele vv. *Eodem* — *iudicat.* — *Πολεμουμένων* — *ἐπορίζοντο.* p. 798. v. 28. Nunc Goell. id liquido dicit, *ξυμμαχίαν τῶν ἐναντίων* esse adversarios ipsos. — p. 799. v. 16. ab ult. et sqq. scito Porti translationem etiam a Dobr. probari, nisi quod *ῥαδίως* mixta quadam notione capiendum sit, non modo *facile*, sed et *libenter* significans; quod frustra monet. — [§. 2. *Ἐπέπεσε.* Ven. *ἔπεσε.* — *Ἐν μὲν γάρ* —. Cantac III, 28. p. 178. *ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ καὶ πολέμων ἀπουσίᾳ αἵ τε πόλεις καὶ οἱ ἰδιῶται ἀμείνους ἔχουσι τὰς γνώμας* — *διὰ τὸ μὴ ἐς ἀκουσίους ἀνάγκας περιπίπτειν· ὁ δὲ πόλεμος τὴν καθ' ἡμέραν ἀπορίαν* (leg. *εὐπορ.*) *ἀφαιρούμενος· βίαιος διδάσκαλος.* —] p. 801. v. 2. ab ult. pro 20. leg. 21. — [§. 3. Cantac. l. d. *ἐστασίαζον οὖν αἱ πόλεις, καὶ οἱ ὑστερίζοντές που πύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν ἐπεδείκνυντο ὑπερβολήν.* Utinam *πολλὴν ἐπεδείκνυντο* apud Thuc. invenisset! —] p. 803. v. 10 sqq. Hanc interpretationem Goell. nunc omisit. — [§. 4. *Τόλμα* — *ἀργόν.* Cf. Aristid. Ars rhet. IX. p. 354. Walz. Locus Hermog. est III. p. 227. Walz. Similiter Cantac. l. d. *ἡ ἀλόγιστος ὁρμὴ ἀνδρία ἐνομίσθη.* —] *Ἀσφαλείᾳ δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι.* p. 807. v. 17 sqq. Nunc Goell. *τὸ ἐπιβουλεύσασθαι* accusativum vult esse. Sed in exemplorum, quae post nos I. 1. p. 113 sq. comparat, II, 87. VII, 67. VIII, 87., ut plane alienum IV, 63. omittamus, nullo infinitivus ex solo substantivo pendet praeter VIII, 87., ubi *τοῦ λέγεσθαι* postulat sententia. Vid. ibi adn. *Ἐπιβουλεύεσθαι* nunc Goell. interpretatur *in utramque partem deliberare, hin und her überlegen.* Medii pro activo positi in Steph. Thes. ed. rec. s. h. v. exempla ex Phryn. et Sozom. adduntur. — §. 5. *Ὁ μὲν χαλεπαίνων* —. Cantac. l. d. *ὁ μὲν πρὸς βασιλέα* — *χαλεπαίνων πιστὸς ἐδόκει.* p. 808. v. 22. verbis *Perperam* — *agebat* nunc deletis substitue: Cf. ad VIII, 92. — [*Δεήσει* Ven. quoque. —] *Τῆς* — *ἑταιρίας.* p. 809. v. 14 sq. interpositionem nunc dele. Ad v. 18. scito apud Procop. *ἑταιρείας διαλύτην* legi. — *Οὐ γὰρ μετὰ τῶν* —. p. 810. „Lege vel *ὠφελείᾳ* vel *πλεονεξίας.*" Dobr. p. 111. Certe *μετὰ ὠφελείας* coniungenda esse vix credas, quum *μετὰ τῶν κειμένων νόμων* et *παρὰ τοὺς καθεστῶτας* (*νόμους*) accu-

ratissime inter se respondeant. De re cf. adn. ad VIII, 54. — [Τῷ θείῳ νόμῳ. „An legendum τῷ ὁσίῳ?“ Dobr. —] §. 7. Τά τε ἀπὸ τῶν — γενναιότητι. p. 810 sq. „*Conditiones honestas, ut ipsis rebus sibi caverent, ne possent adversarii sibi nocere et fidem datam fallere, etiamsi vellent, non autem generosa quadam fiducia bona omnia de altero sperante, admittebant.*“ Reisk. „Ἔργων φυλακῇ, *by measures of precaution, if they* (i. e. οἱ ἐνδεχόμ.) *were the stronger party*, ut τῶν ἔργων c. 46., ἔργῳ φυλασσομένῃ VI, 40. fin.“ Dobr. Et hi et alii intellexerunt ἔργων φυλακῇ non magis quam Germanica *wegen Sicherung*, quae posuit Goell., valere posse *wegen erlangter Sicherheit.* — p. 812. v. 7 sqq. Muelleri explicationem Goeller sequentibus repugnare affirmat, ubi scriptor dicat iura iuranda armorum sistendorum causa non data esse nisi neutris partibus praevalentibus. Immo πρὸς τὸ ἄπορον id dicit factum esse, i. e. *alterutris ad angustias redactis.* — [Ἴδοι. Ven. quoque ἴδῃ. —] p. 813. v. ult. pro ἀγῶνα leg. ἀγώνισμα. — Ῥᾷον δ' οἱ πολλοὶ — ἀγαθοί. p. 814. Goeller Reiskii vestigia secutus scribit sibi hunc sensum videri: *vulgus facilius se dici patiuntur callidos, dum improbi sunt, quam simplices, dum probi.* Quasi vero id mirum sit, *homines improbos pati se callidos dici*, seu infamiam rei leni nomine elevari! Contra Graeca Did.: *en général on donne plus facilement le nom d'habile aux méchants qu' à l'homme simple et bon.* — [§. 8. Ἀρχή sine ἡ Ven. quoque. — Μετά etiam Ven. T. Cantac., qui l. d. hinc duxit μετὰ ὀνόματος εὐπρεποῦς. — Ἀριστοκρατίας. Ven. ἀριστοκρατείας. —] De σώφρον. cf. ad VIII, 64. — Ἐτόλμησάν τε —. p. 816. v. 13. Goeller nunc pristinam interpunctionem restituit, qua servata Did. ad. ἐπεξῄ. male supplet *adversarios*; rectius Dobr., etsi, utra interpunctio praestet, non decernit. — [Ἀεί Ven. quoque. — Ἐκπιμπλάναι Cl. item et tacitus m., ἐμπαπλαίναι Ven. — Λόγου. Ven. ut Cl. — Τὰ δὲ μέσα —. Cantac. III, 28. p. 179. οἱ μέσοι δὲ τῶν πολιτῶν, ἢ ὅτι οὐ συνηγωνίζοντο, ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι (διεφθείροντο).] p. 818. v. 13. post *valet* add.: Cf. Thuc. I, 75. Et v. 5. ab ult. add.: Cf. ad IV, 83. et VIII, 75. — p. 821. v. 18. ab ult. leg. ἐμπιπρῶν.

Cpa. LXXXIII. [§. 1. Οὕτω πᾶσα —: Cantac. l. d. οὕτω πᾶσα ἰδέα κακοτροπίας διὰ τὰς στάσεις ταῖς πόλεσι τότε ἐπεδείχθη. —] p. 823. v. 15. ab ult. nunc del. nomen *Goell.* — §. 2. Κρείσσους δὲ ὄντες — τοῦ βεβαίου. „Vertunt quasi esset ἀμείνους. Sensus est: *argumentis et iureiurando minime moti; Angl. steeled against*, ut mox c. 84. κρείσσων τοῦ δικαίου, *insen*[s]*e to justice.*“ Dobr. Subaudit igitur ex superioribus τοῦ λόγου τοῦ ὅρκου.. Sed quid proximis fecerit, pro quibus λογισμῷ ἀνελπίστου seu λογισάμενοι τὸ ἀνέλπιστον desideratur, non [dic]it. „Ego“ nunc inquit Goell. „hunc puto sensum esse plenius ela-

tum: κρείσσους δὲ ὄντες ἅπαντες λογισμῷ ἢ πίστει ἐτράποντο μᾶλλον ἐς τὸ ἀνέλπιστον εἶναι τὸ βέβαιον νομίζειν." Qui qua machina illa ἐτράποντο μᾶλλον in verba intulerit, quum Arnoldi rationem non secutus sit, nos fugit. — [§. 4. Soloecum προαίσθωνται et manifestum glossema λογιζόμενοι ausus est commendare Did.!]

